

05

A

1151





IN NOMINE JESU!

Ad

OBSERVATIONUM IRENICARUM  
D. SAMUELIS MARESII,

De

COLLOQVIO CASSELLANO,  
PRÆLOQVIUM, & CONCLUSIONEM

# HYPOMNEMATA

DE

DISPUTATIONE PUBLICA  
IN ACADEMIA ELECTORALI SAXONICA,

PRÆSIDE,

VIRO SUMME REVERENDO AC  
MAGNIFICO,

DN. ABRAHAMO CALOVIO

DOCTORE AC PROFESSORE THEOLOGO PRIMARIO  
CELEBRATISSIMO, ECCLESIE WITEBERGENSIS PASTORI  
VENERANDI CONSISTORII ECCLESIASTICI ASSESSORE,  
CIRCULIQUE ELECTORALIS SUPERINTENDENTE  
GENERALI UNDIQUE MERI-  
TISSIMO,

DN. PATRONO AC PRÆCEPTORE ÆTER-  
NUM VENERANDO.

*Pro modulo virium defensurus est*

RESPONDENS

M. DANIEL ROHR,  
ARGENTINENSIS.

*Ad diem Martii, horis locog, consuetis.*

WITTENBERGÆ,

Literis MATTHEI HENCKELII, Acad. Typogr.

Anno M. DC. LXXVII.

IN NOMINE DEI  
OBSERVATIONUM IRENICARUM  
D. SAMUELIS MARSHALLI  
COLLOQUIO CASSELLANO  
HYPOMNEMATA  
UNIVERSITATIS  
HALLAE  
UNIVERSITATIS  
CASSELLANO  
05 A 1151  
M. D. A. M. I. L. O. H. E.





I. N. J.  
 AD OBSERVATIONES  
 MARESIANAS  
 DE  
 COLLOQVIO CASSELLANO  
 HYPOMNEMATA  
 GENERALIA.

§. I.



*V*inum vendibile fuisse Calvinianæ sectæ Syncretismum Marpurgo-Rintelensem, cum alia multa, tum *observationes Samuel. Maresii* testantur. *Hederam* tamen ei suspensam voluit: ut *acetū filiam vini*, ut indivertio loquuntur Ebrai, quod avidè hauriunt Reformati, ne respuant saltem Lutherani. In quibus non placet Gallo, quod *relicto communi* Protestantium, aut Evangelicorum nomine *talem* adoptarint nomenclaturam, *que factionem respere videatur, & communem causam majori odio exponat apud communes adversarios.* Per placet autem suæ partis nomen, quod non alium titulum *discretivum*, quàm *Reformatorum* assumat. Sed nec *commune nomen* habere debent, qui confessionibus, in quamplurimis capitibus, discrepant, quod de Calvinianis in *Cassellanâ de unione Reformatorum cum Lutheranis consultatione justâ veritatis lance expensâ*, ostensum; neque *Protestantium* nomen commune est. Dicti enim ita sunt, qui contra *decretum Spirense* An. 1529. 19. Aprilis protestati sunt, & à comitiis ad cæsarem & conciliū generale appellarunt, teste *Sleidano l. VI.* qui verò non erant *Zvinglianæ* factionis, sed *Nostræ* partis. Profligarat enim *B. Lurberus* jam An. 1527. Spiritum Sacramentarium, edito stereomate Verborum Christi: *Das die Wort Christi noch*

*An commune nomen habere debeant Calv. & Luther. ?  
 An nomen Protestantium commune sit ?*

vest stehen: divulgat etiam Anno 1528. confessionem Majorem, eaq; testatus publicè erat, se nolle amplius cum Sacramentariis, utpote de-  
 speratis agere; & reprobabat Philippus Melanchthon ipso illo an. 1529.  
 Zvinglianorum doctrinam Epistolâ ad Oecolampadium perscriptâ,  
 imò palam professus erat Ministris Argentinensibus, qui Gregoriam  
 Creselium, in *ἰωσὺς* causâ, Wittebergam miserant anno 1525, scripto  
 Responsi loco reddito, quod habetur Tom. II. Epist. p. 302. nullum lo-  
 cum esse conciliationi: Summa alterutros oportet esse Satana ministros,  
 vel ipsos, vel nos. Ideò hic nulli consilio aut medio locus: confiteri oportet  
 alterutram partem, quod credit. Atque hic oramus, quando ita certè  
 sunt, ne dissimulent apud vulgus sese à nobis dissentire. Pacem libenter  
 amplectimur, modò salva sit pax erga Deum nobis per Christum parca.  
 Et cum certum sit à Protestantibus oblatam fuisse Augustanam con-  
 fessionem, tùm verò omni exceptione superius est, offerentes non  
 fuisse Zvinglianos, sed nostræ partis, imò Zvinglianam sententiam  
 in eadem apertè rejectam, & à Zvinglianis diversas confessiones ex-  
 hibitas fuisse. Sed & in conventu Smalcaldico anno 1531. ideò à fœde-  
 re Protestantium reprobati sunt, quod in dogmate suo persistenter,  
 teste Lavathero Histor. Sacram. p. 37. Iob quam etiam causam Ele-  
 ctor Saxon. in Francofurtens. comitiis testatus est, se Zvinglianos in  
 societatem recipere non posse: & constitutum fuit peculiariter in arti-  
 culis pacis in conventu Schuisfurtensi Anno 1531. ut Protestantes in-  
 tra terminos A. C. sese continerent, nec quicquam commune haberent  
 cum Zvinglianis & Anabaptistis, nisi illi ab errore suo desisterent; nec  
 aliter Argentoratenses, aliæque civitates admittebantur, nisi quatenus  
 in articulo de S. cœna orthodoxæ Lutheranae accedebant, teste  
 Sleidano l. X. Helvetiis, ob errorem Zvinglianum disertè à confes-  
 satione exclusis. Conf. Recess. Imper.

An Calvin.  
 Evangelici di-  
 scendi!

§. II. EVANGELICOS verò quomodo vocaremus absolu-  
 ti decreti, Evangelicæ doctrinæ *καθάρως* adversæ, patronos?  
 qui *εὐαγγελικὸι* rectius dicentur, aut *Πseudo-Evangelici*, non latum  
 nuncium adherentes humano generi, sed tristem desperationem ma-  
 ximæ parti hominum concilians præconio suo. En præclarum E-  
 vangelium Maresii è part. II. *Tragicæ* pag. 164. ut hæc non sunt *ἰοὺς*  
*τῶν*, Deum velle hos homines respicere, id est, velle præcipere, atque ab illis  
 exigere tanquam officium debitum ut respiciant, & tamen NOLLE illis  
 dare

dare respiciendi gratiam, absque qua novit, eos respicere non posse: ita  
 non repugnat, Deum illos vocare ad salutem preceptivè, quos tamen de-  
 cretivè salvare nolit. Item: Deum in indignorum solemnè invitatione,  
 non intendere ut veniant, sed velle illis omnem se excusandi, & cavillandi  
 ansam præbere, prout & quandoque ipsa civilis prudentia nobis sugge-  
 rit, ut eos invitemus ad nuptias quos reverà & satis scimus non venturos,  
 & **NOLLEMUS** venire, nec alio sine invitamus, quàm ut omnem de no-  
 bis quiritandi ansam præcidamus: Annon hæc est hypocritica, & Pseu-  
 do-Politica invitatio? Non ergò commune nomen Evangelicorum  
 esse potest Calvinianis cum Lutheranis; quum illi planè aliud Evan-  
 gelium annuncient, quàm hi, eoque nomine anathema sint Apostolo  
 Gal. 1. 8. 9. neque nos ideò nomen Evangelicorum relinquimus, quod  
 nostros **Lutheranos** dicimus, sed eo ipso potius Evangelicorum no-  
 men nobis vindicamus; si quidem B. Lutheri ministerio Evangelium  
 in lucem iterum productum, & à Papalibus fermentis repurgatum  
 sit, ac B. Lutherus Noster idem ille Angelus fuerit, qui **ÆTERNUM**  
**EVANGELIUM** in manu habens per orbem volitavit Ap. XIV. quem  
 Beza ipse *instauratorem religionis Christiane* nominavit. Neque *sa-*  
*tionis* id nomen est, sed celebrationis gratiæ diviniæ, quod per mi-  
 nisterium selecti organi sui Evangelium annunciari denuò cura-  
 vit: non enim *Magisteriale* nomen est, sed *ministeriale*, non *schisma-*  
*ticum*, sed *diacriticum*: quo sensu (discretivo) Maresius ipse hoc no-  
 mine utitur *observat. III.* & aliàs. Neque *communem* nobis *causam*  
 esse cupimus cum Calvinianis adversus Pontificios: non enim veri-  
 tas indiget mendacio Eccl. XXVI. 8. *Sine mendacio verbum legis con-*  
*summabitur*: nec vel metuiamus vel curamus odia, si quæ redundant  
 à Pontificiis: quibus placere si cupiant Calviniani, aut gratos se red-  
 dere, id sanè iis non invidemus; modò Christo Domino nos non  
 displiceamus, ejusque odium non incurramus. Gal. 1. 10.

De Nomine  
Lutheran.

De Reforma-  
torum nomine

§. III. Quàm verò **REFORMATORUM** nomen  
 haud conveniat discriminandis Calvinianis, & quàm malè Reforma-  
 ti illi sint, in *examine de Personâ Christi questione Proemial. II.* vidi-  
 mus. Agnoscit *Spanhemius* ipse, non satis commodum & discreti-  
 vum esse *Reformatorum* nomen, & potius *Helvetico-Reformatos* dicē-  
 dos esse Synt. Dispp. Theol. p. 320. innuit. *Guilhelmus Kilmoreus Episco-*

pus in Hiberniâ respons. brevi ad Probl. de pace Eccl. consil. in Prodr. Iren. Tract. Duræi p. 48. sunt, inquit, quibus nihil satis reformatum videtur, & quicquid antiquum Anti-Christianum. Non probat Reformationem suorum per omnia, nedum Reformatorum nomen, quod inde sibi sumunt. Melanchthon verò non dubitavit eos Zwinglianos vocitare Epist. ad Martin. Gorlit. nec Calvinus Calvinianos vol. tract. Theol. f. 844. à quo nomine etiam non abhorrent Irenici, *Conr. Bergius* praxi div. Canon. p. 1319. *Moses Amyraldus*: Vide Spanhem. Exercit. de grat. universi p. 325.

De Instituto  
Landgr. heno-  
sico.

§. IV. Institutum Serenissimi Principis Landgravii de Evangelicis inter se conciliandis, ab utilitate, pietate, necessitate abundè se commendare dum censet Maresius, distinguere debebat Illustriss. Principem, etsi Reformatis addictum, à Theologis Reformatis. Illius enim institutum bonum esse potuit, quod utile id censuerit, pium ac necessarium, ita rem figurantibus Ministris, quemadmodum etiam ipsi Philippo Landgravio Serenissimo laudatiss. recordat id persuadebatur à nonnullis, Reformatos facillè conciliari posse cum Aug. confess. Doctoribus, qui eà de causâ Marpurgensè Colloquium, intentione utique piâ & laudabili, instituit. Sed quàm frustrâ fuerint, qui Principi id persuasum ibant, res ipsa docuit: nec id olim dissimulavit B. Lutherus penes ipsum Hassiæ Landgravium, aut etiam Philippus Melanchthon cum Brentio; qui palam testati sunt, se non posse cum Zwinglianis fraternitatem inire, aut in eam consentire; Sacramentarios pro fratribus haberi non posse, nec debere.

De Colloq.  
Marpurg. an  
juvet Cassell.  
Syncretest. !

§. V. In Marpurgensè utique Colloquio dextra fraternitatis ipsi non porrecta, sed denegata est, ob errorem de S. Cœna, etsi alios errores recaantarint, quos postmodum denudè incrustarunt, uti Melanchthon de Zwingliò in primis è comitiis Augustanis ad Lutherum questus est: *Zwinglius misit huc confessionè typis impressam, dices simpliciter mente captum esse. De peccato originali, de usu Sacramentorum veteres errores planè renovat, de ceremoniis loquitur valde Helveticè, h. e. barbaris simè, velle se omnes ceremonias esse abolitas.* Qui eodem anno (qui erat 1530. à nato Christo) ad Martinum quoq; Gorlitium de factione Zwinglii perscripsit, quod nullam habeant Christianam doctrinam, tantùm pueriliter philosophentur, hanc protestatione & commo-  
nēfa-



nefactione adjectâ, cujus utinam semper extitisset memor! Ego mori malim quàm hoc affirmare, quod illi affirmant: Christi corpus non posse esse nisi in uno loco. Ideò constanter urgeas eos publicè & privatim cum erit occasio, vituperes hoc quod, in eis, quod de usu Sacramentorum nihil dicunt; nulla est mentio fidei justificantis in omnibus Zwinglianorum libris.

§. VI. Parum ergò Castellanos Syncretistas juvare potest Marpurgense Colloquium. Nec multum subsidii habent à tractatibus Monasteriensibus, quod pacem Religionis Instrumentum pacis ad Reformatos extenderit. Nam quod inde infert Maresius, *annumerari ita etiam Reformatos Aug. Confessionis sociis*, id nihil ad Syncretismum cum Calvinianis, aut ad consociationem Ecclesiasticam facit. Aliud enim est *pax religionis politica*, aliud *unio religionum Ecclesiastica*; illa *tolerantiam Religionum* in Romano Imperio infert: hæc verò requirit *tolerantiam dogmatum* in Ecclesiâ, ne censurâ notentur Ecclesiasticâ, aut condemnentur heterodoxiæ; Illa iniri potuit, salvo Dei verbo, salvâ conscientia: hæc verò verbo Dei adversa est, neq; salvâ conscientia sanciri potest. Nec qualiscunqve annumeratio statim veritatem communionis Augustanæ Confessionis importat. Annumerantur & hypocritæ fidelibus, ac locum habent aliquem in Ecclesiâ, quia admixti eorum cætui sunt: num autem ideò sunt *vera Ecclesiæ membra*? Et quomodo Aug. Confess. socii haberi possint, qui in multis, iisque gravissimis capp. ab Augustanâ Confessione discrepant! quomodo per *Politicum pacis instrumentum* iustificationi possunt dogmata, ceu Augustanæ confessioni *ὁμοῦνησιν*, quæ talia non sunt? Non sanè in tractatibus *Monasteriensibus* vel controversiæ Calvinianæ collatæ sunt cum Augustanâ Confessione, vel pondus earum libratum fuit: aut dicta illa ejus causâ instituta, ut judicaretur, sint nè Calviniana dogmata Aug. Confessionis dissona, an consona, aut haberi nè possint Calviniani pro *γυνώσκοντες* sociis August. Confessionis, an secus? Quid quod in *Instrumento pacis* haud obscure Reformatiâ genuinis Augustanæ Confessionis sociis discernantur. *Nostri* enim dicuntur *Augsburgischer Confession zu gethane*: *Calviniani* verò ita describuntur *die so unter denen Augspurgischen Confessions verwandten Reformirte genennet werden*.

An eos juvet  
instrum. Pacis  
Monasteriens.

§. VII.

De causis Con-  
cordiæ vel  
Syncretismi  
Maresianis.

§. VII. Causas autem adferre satagit Mareſius concordie quaerendæ, & si pote fit, stabilendæ, saltim per Christianam & fraternam tolerantiam, ex Pauli Regulâ Phil. c. III. 15. 16. quas putat se in promptu habere gravissimas. At Pauli regula supponit consensum in fundamentalibus, qui sufficiat ad persequendum scopum *ἵνα τὸ θεοῦ βεῖον τῆς αἰῶν κληρώσεως τῶν θεῶν ἐν χειρῶν ἡμῶν*, qui à τελείωσι perfectis conservatur: & τὸ αὐτὸ *Φρονεῖν* requirit; quæ locum non habent in controversiis Calvinianorum cum orthodoxis componendis. Si quis ergò præter illa, quæ ad consequendum scopum æternæ beatitudinis necessaria sunt, quæque ad illam τελείωσιν fidelium requiruntur aliquid aliud insuper sapuerit, εἰ ἢ ἐτέρως *Φρονεῖται* (quod ad diversa, non adversa, alia, non aliena, ἑτεροῦ καὶ ὑποτάκτου & subordinata non ἐναντία, vel contraria referendum, nam per contraria non servatur τὸ αὐτὸ *Φρονεῖν*, nec obtinetur idem scopus, ad quem una tantum est via, nec salva est τελείωσις Christiana) καὶ τὰ τὸ ὁμοῦν ὁ θεὸς ἀποκαλύψει, & hoc Deus vobis revelabit, num sc. acceptandum id sit, an reprobandum? non immediatὰ ἀποκαλύψει, sed mediatὰ; quæ obtinetur per Scripturam sacram; interim in iis, quæ ad perfectionem nostram requiruntur, & ad scopum consequendum necessaria sunt, consensus opus est, ut τῷ αὐτῷ κανόνι στοιχεῖν eadem Regulâ incedere queamus. Quid hæc ad Syncretismum?

Pseudbermi-  
nia Calvin.

§. IIX. Pseudberminia ergò est, quod *Dureau* in Specimine Methodi investigatoriæ (Prodrom. tract. Iren. p. 446.) illud ἐτέρως *Φρονεῖν* rapit ad legalem observantiam, Evangelio admixtam: quam mixturam agnoscit errorem esse Evangelicæ professionis fundamenti subruentem & Gal. V. 1. 2. 3. 4. 5. atque hinc infert, non omnem, circa fundamentalē doctrinam, errorem in mente esse damnabilem, ita ut errantem à fraternitatis affectu excludat: siquidem Apostolus in hac fundamentali controversiâ de necessitate circumcisionis, propter quam schisma ortum erat, ALITER SENTIENTES non excludat à spe salutis, sed promittat illis gratiam revelationis à Deo. Non enim de talibus hic agit, cum aliter sentientes indigitat: nec per eos intelligit CONTRARIAM sententiam tenentes, vel necessitatem observantiæ legis & circumcisionis ad salutem consequendam propugnantes: hos enim vocat malos operarios, concisionem, canes, & insar canum devitandos, quum mordendo & allatrando puram Evangelii & spiritualem professionem

nem ita ducant, ut observat Duræus p. 444. Et quomodo eos, quos gratia excidisse, quibus Christum εὐδὲν NIHL prodesse, quos evacuatos esse à Christo affirmat Apostolus Gal. V. 1. seqq. quos inimicos hic dicit crucis Christi, quorum τὸ τέλος ἀπώλεια finis est interitus, Phil. III. 18. 19. quos fundamentum subruere Evangelica professionis agnoscit Duræus, pro fratribus susciperet, illosq; in statu salutis adhuc esse censeret, nec à spe salutis, quæ tales, excluderet Apostolus? Non ergò Pseudo-Apostolos illos per ἐπέως Θεοῦντας intelligit, sed fideles in Ecclesiâ Philippenſium, qui fundamentum integram retinebant, soli justitiæ, quæ ex fide est, confidebant, & in eâ salutem quærebant, omnia alia in causâ salutis veluti ζημίαν damnum, imò σὺβάλα stercom habebant, qui in fide τέλει, perfecti erant, & ea, quæ ad consequendum brabejæ supernæ vocationis requiruntur, se stabantur, indigitat; adeoq; τὸ ἐπέως Θεοῦν non est oppositum aut contrarium quid sentire, vel sapere, sed aliud, diversum, præter illam fundamentalem doctrinam, quod tamen eidem haud advesetur, nec cum eadem pugnet. Si tamen illud ἐπέως sensu contrario quis accipere velit, non debet id abripi ad dogmata Pseudo-Apostolica, doctrinæ de justificatione Apostolicæ contraria: in hæc enim doctrinâ ὑποτύμως requirit τὸ αὐτὸ Θεοῦν, eamq; κἀνονα & Regulam constituit, juxta quam incedere ὁμοφρόνως debebant, ut ne minimum quidem seu ad dexteram, seu ad sinistram deflectant, ut è collatione Gal. VI. 16. cum Phil. III. 16. liquet: siquidem κἀκὼν juxta Varinum μέτρον sit ἀδιὰ ψευστον μηδεμίαν ἀρετῆσιν ἢ ἀφαιρέσιν ἐκδεχόμενον, Regula infallibilis & invariabilis, quæ nullam neq; additionem neq; diminutionem ullatenus admittit: quod etiam hic monuit Chrysostomus: idè id explicat Beza, hortari Apostolum, ut alii alios etiam pro humani judicii imbecillitate IN NONNULLIS dissentientes tolerant Christianâ charitate, tanisper dum imperitiores erudiantur: quæ etiam est B. Balduini explicatio: si quid aliter sentiat; hoc est. si forte in aliquibus aberrent, aut si qui casus inciderint in humanâ vitâ, ex quibus se ipsos facillè extricare non poterunt, id Deum ipsis revelaturum. Intelligit autem revelationem non arcanam per somnia, visiones, aut Entusiasmos, sed quæ usitato more fit per verbum; idè paulò post addit: Omnes in eodem permanere debere canone. B. Brentius itidem non absimiliter interpretatur nobiscum: Quotquot perfecti sumus,

B

hoc

hoc est, quotquot sectamur perfectam, veram, certam, & rectam doctrinam Evangelii, debemus justitiam nostram tantum quaerere in Christo, & non in meritis operum legis, debemus item hoc solum spectare, hoc solum agere, ut cognoscamus Christum, & potentiam resurrectionis ejus. Quod si quid aliis prater ea faciendum est, hoc Dominus ipse suo tempore per Spiritum Sanctum docebit. Sed tenendus est canon Christiana doctrina, tenendus est scopus Evangelii Christi, ad quem omnia reliqua dirigi & accommodari debent. Dicitur enim alias: Si angelus de caelo aliud Evangelium prædicaverit, anathema sit. Canon autem seu regula Christiana doctrina est, quod Jesus filius Mariae sit verus Messias, à Prophetis promissus, verus Deus, & verus homo, & quod solus is expiaverit peccata nostra morte sua, ac resurrexerit à mortuis, propter justificationem nostri. Nec sit aliud nomen datum nobis sub caelo, in quo oporteat nos salvos fieri. Et quod ex fide obediendum sit vocationi Dei, non ut mereamur remissionem peccatorum, sed ut agnoscamus nos gratos pro remissione peccatorum jam per fidem propter Christum acceptam. Hic est præcipuus canon Evangelii Christi. Hic canon, has regulae semper est observanda. Ad hanc omnia alia sunt exigenda. Si quid cum hoc canone pugnaverit, manifestum est, quod non sit oraculum Spiritus Sancti. Si quid cum hoc canone convenerit, & affert manifestam utilitatem, agnoscendum est pro pia sententia. Chrysoströmus, & Theophylactus non de perfectione doctrina, sed vitæ intelligunt, atque eam perfectionem esse, intelligere se non esse perfectum, indigitari volunt, qui verò aliter de perfectione sapiunt, eos nondum suam imperfectionem satis intelligere, illis Deum revelaturum, modo in regulâ Apostolicâ permanere, promitti putant. Ita Chrysostr. Quotquot igitur perfecti sumus, hoc sentiamus, & si quid aliter sentitis, hoc quoque vobis Deus revelabit. Quid? Nempe quod oporteat quæ à tergo sunt oblivisci, quod perfecti sit non putare se ipsum esse perfectum. Quomodo ergo dicis, quotquot ergo perfecti sumus? Dic enim, quæ es, num hoc sentimus, quod tu sentis? Si enim non accepisti, neque perfectus factus es, quomodo perfectos jubes sentire, quod tu sentis, cum nondum perfectus sis! Hoc enim, inquit, perfectio est. Et si quid aliter sentitis, hoc quoque vobis revelabit Deus: Hoc est: Si quisquam putat se omnia rectè assequutus esse. Non de dogmatibus ista dicit, sed de perfectione vitæ, & ne putent se ipsos

HYPOMNEMATA GENER.

ipfos perfectos esse. Quisquis putat se assequutum esse eorum, nihil habet. Sed simplicior est nostra, quam tradidimus, interpretatio.

S. IX. Quænam ergo causæ sunt Christiana & fraternæ tolerantia Reformatorum citra condemnationem dogmatum ipsorum quorumcunque! nam de hac quæstio est, & eam sancitam volebant Castellani collocutores. Has adfert Maresius. (1) Quod ipsum Evangelicorum & Evangelii nomen ad pacem illam sectandam omnes sui Professores invitet. Admittimus hoc, sectandam esse pacem cum Evangelii professoribus. Sed tales esse Calvinianos negamus, quosque nempe *absoluto decreto* insistant, gratiam Dei Patris toti mundo exhibitam, in missione Filii, & redemptionem totius generis humani à Filio Dei factam, ac Spiritus Sancti communem vocationem ad regnum Filii Dei negant, imò personam Christi *πανθεώπης*, negatà idiomatum communicatione, solvunt, Filium Dei pro nobis verè passum & mortuum esse (citra *ἀλλοιωπν* Zvingliam, & synecdochen Piscatorianam) inficiantur, carni Christi vim vivificandi derogant, eiqve communicatam esse divinam majestatem, adeoq; Christum ut Deum & hominem adorandum, & fiduciam in eum collocandam esse haud admittunt, quos nec Christum, ut Deum & hominem, pro salvatore ac Domino suo agnoscere, per principia *διυεία* religionis suæ, posse, nec fidem ex illis haurire in Christi meritum, seu illud sibi *individualiter* applicare, quosque negant Christum pro omnibus hominibus mortuum esse, in Apodixi fundamentali Collegii nostri Theologici demonstratum est.

S. X. Quod (2) filii Dei illi vocandi sint, qui pacem sectati fuerint, & procurarint, è verbis Christi Matth. V. 9. læti excipimus, certi omninò, quod pacem veram *ὁλοκαρδίως* sectemur, cui procurandæ vel sanguinem impendere parati sumus, sed pacem Christi, non quæ contra Christum est, pacem sine inimicitis, cujus dux & custos est Christus, dicente Hieronymo. *Maledicta autem est pax, quæ conjuncta est cum jacturâ salutis*, ut piè monet B. Lutherus. *Cum hæreticis Christianæ nostræ fidei fundamenta subvertentibus in unum coalescere, est à Christo Ecclesiæ fundamento disfidere*, ait Job. Davenantius Sarisburiensis Episcopus, in sententiâ suâ de pacis Ecclesiast. ratione inter Evangelicos usurpand. subverti autem fundamenta fidei Christianæ à Reforma-

Causa prima à nomine Evangelii & Evangelicorum.

Causa altera è Matth. V. 9.

tis *Apodixis nostra fundamentalis* Calvinianis Germanico idiomate, & *Antapologia Rintelensibus* opposita, docuit. Mareſius de ſuæ fidei ſociis HYPOTHETICIS ita pronuntiavit in præfat. Epictiſeos part. II. *Quod dum MEDIUM participationis inter immediate oppoſita quæere voluerint, recepta orthodoxia FUNDAMENTA pulſare, ac CONVELLERE viſi ſint.* Quanto potiori jure nos de Calvinianis affirmamus, quod orthodoxiæ noſtræ, (quæ Scripturæ ſacræ eſt) FUNDAMENTA ipſi pulſent, ac convellant?

*Tertia cauſa.*  
1. Cor. VII. 15.

§. XI. Quod (3) *Vocati non ſumus ad jurgia & rixas, ſed ad pacem*, citra monitum Mareſii è 1. Cor. VII. 15. novimus. Sed & id noviffe debebat Mareſius, ibi *fratres ac ſorores & conſanguineos fidei oppoſiti infidelibus*. Fratres autem in fide Chriſti eſſe Calvinianos, mera eſt principii petitio. Et de pace illic *externâ, Oeconomicâ, & connubiali*, non de *pace ſpirituâli, & Eccleſiaſtica* agitur. Neque *jurgia & rixæ* haberi poſſunt *bella Domini*, vel ἔλεγχος τῶν ἀπειθεῶν. Alioquin & Apoſtolus ipſe rixatus fuiſſet, cum adverſus Pſeudo-Apoſtolos egit, eosq; διατόμως confutavit: jurgatus fuiſſet & Chriſtus, cum adverſus Phariſæos, aliosq; veritatis hoſtes diſputavit.

*Cauſa quarta.*  
Eph. IV. 15.

§. XII. Quod (4) debeamus ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ Eph. IV. 15. ſyncretiſtis non favet, ſed adverſatur. Illi enim *poſthabitâ veritate pacem* quærunť, quum dilectio fundata in veritate eſſe debeat, Zach. IX. 28. *Veritatem & pacem diligite*. Ideo Mareſius ipſe monuit è Greg. Nazianz. præferri debere *diſſidium, veritatis cauſâ ſuſceptum, vitioſe concordia, & Andr. Rivetus* præfat. ad animadverſ. ad annot. in conſult. Caſſandr. obſervavit: *Quod Propheta hæc duo conjunxit, veritatem & pacem, & veritatem paci præpoſuit, non in alium ſinem factum eſſe, quam ut intelligamus, ſolam illam pacem & concordiam Deo probari, quæ fundamento veritatis innititur, nec ab eo vel tantillum dimovetur.* Nullos enim approbabit Chriſtus pro diſcipulis ſuis præter eos, qui in ipſius ſermone manebunt, nec in Patre & in ſe unum agnoſcet quemquam, qui non ſit ſanctificatus per veritatem. Pietatis unitas in verâ fide conſiſtit: ubi veritas exulat, domicilium non eligit pax vera & ſincera. Hæc ille. *Secundæ juſtitiam, FIDEM, charitatem & pacem*, monet Apoſtolus 2. Tim. II. 22. & in laudato ad Eph. c. IV. *ſoliciti eſtote ſervare unitatem Spiritus in vinculo pacis.* Ubi quæ ſit unitas Spiritus explicatur, & ad eam UNITAS FIDEI

FIDEI requiritur, Quæ cum inter nos & Reformatos non detur, nec unitas Spiritus, nec vinculum fraternæ pacis locum habere potest.

§. XIII. Quod (5) ad gaudium Romæ è nostris dissidiis & periculum ab eâ imminens, de eo rationem reddituri sunt, qui primum doctrinâ, tum distinctis fidei confessionibus Augustæ exhibitis, ut & caribus Ecclesiasticis seorsivis à Nostris separari maluere, quàm fidei nostræ accedere, & confessioni nostræ se adungere. Autor autem schismatis primus fuit *Carlstadius*, quem *περωτα γωvιση* hujus fabulæ miserimæ, non aliquâ pietatis opinione, sed odio tantum Lutheri, six novorax seu hominis insanam improbantis, controversiam de Cœnâ movisse, Philippus in Epist. ad Mycon. non tantum testatur, sed idem testari potuisse bonam Germaniæ pariem, affirmat. Ob Romanensium bella fraternitatem cum Reformatis incundam esse, suspensio tantisper mutuo dissidio, donec à periculo liberemur, id verò verè Syncretisticum est consilium. Quod à *Cretensibus* didicere Calviniani. Sed quænam illa pax fuerit ovium cum hyænâ, ut à lupo liberentur! Annon æqvè ab hyæna devorari poterunt, uti à lupo? Non indiget divina veritas patrocínio hæresium: nec ideò toleranda censebant pii veteres Nestorianorum dogmata, ut *Ario* fortius resisterent, sed æqvè illa hæreseos stigmatè notabant. Prohibemur utiqve per Apostolicam regulam mala facere, ut eveniant bona. At Syncretismus cum Calvinianis verè malum est, & abominatio coram Domino. Quæ enim societas luci ad tenebras 2. Cor. VI. 14. Si quis venit ad vos, & doctrinam Christi non adfert, nolite recipere eum in domum, nec AVE ei dixeritis. Qui enim dicit illi AVE, communicat de operibus ejus malignis, 2. Joh. v. 9. Taceo, quod Calviniani nonnulli non oppugnationem Romanensium, sed coalitionem cum iisdem intendant, eosqve in fundamento fidei secum convenire orbi persuasum eant, à quâ sententiâ alieni non sunt *Hundii*, *Pater & Filius*, quam etiam in Angliâ propugnarunt *Potterius* & *Cbilingworib*, teste Voërio, ut & *Abrab. Scultetus*, & *Cunn. Bergius* in Germaniâ, cujus etiam sententiæ esse *Rintelenses*, fratres novellos Calvinianorum, non videtur obscurum: siquidem omnia *Calixtina dogmata* (è quibus hoc palmarium fuit, de consensu Papistarum cum Reformatis

Causa quinta.

Voëc. Tom. II.  
disp. sel. p.

matris & Lutheranis fundamentali) primipilus eorum D. Henrichius se exofculari, palàm professus est.

§. XIV. Quam verò sententiam probare non potuit *Maresius*. Non enim tantùm *benotica* à parte Pontificiâ edita rejicit, quod non tam pacis viam indicare videantur, quam deditiõnem & servitutum im- perare, sed etiam factores alios pacis, qui partibus hinc atq; inde dependentibus scissuram sanare parant, vanos esse, atqve operam perdere docet. Qui vel agentes extra Romanam communionem, vel ad illam quoquo modo gestientes, suis privatis de causis, quod illic omnia auro & purpurâ niteant, rationes proponunt concordie refarciendæ cum sede Romanâ, oleum ludunt, & operam, quamdiu hæc de sua infallibilitate nihil remisserit, & anatbemata Tridentina remanebunt in arce. De quo illi proinde transigendum erit cum *Rintelensibus*, aliud à *Calixto* suo persvasis, ut & cum *Dureo*, pacificatore suarum partium, qui scopum suum negat ad factionem adversus Pontificios formandam tendere, & non potius ad unitatem, etiam cum illis quærendam, eoq; nomine instrumentum pacis Catholica Hundiorum laudat, & insertum voluit prodromo suo *Irenico*.

De pace cum  
Socinian.

§. XV. Neque placent *Irenico* Nostro *Irenica* *Irenicorum* à *Socini* sequacibus protrusa: Siquidem fides de SS. Trinitate & alia primaria Religionis Christianæ capita ita pulsantur perquam contumeliosè. Sed quæ religione custodienda sunt adversus *NeArianos*, & *Neophotinianos* capita illa fidei Christianæ de SS. Trinitate, & alia, eadem omninò etiam facta tecta conservanda sunt mysteria fidei de persona Christi, de prædestinatione, de Sacramentis adversus *Neo-Nestorianos*, *Prædestinatianos*, *Berengarianos*, adeoque ipsosmet *Calvinianos*. Quia non minus veritas divina his quàm illis continetur, non minus hæc, quam illa credenda in S. literis proponuntur. Neque dubium est, ex iisdem principiis redundare *Arminianam* *Socinistarum* tolerantiam, è quibus ad *Calvinianorum* in societatem spiritualem receptionem inducti *Cassellis* sunt *Rintelenses*: quemadmodum in *Antapologiâ* Collegii nostri demonstratum est.

§. XVI. At hic inter eos pacem tentatam, & multum promotam dicit *Maresius*, qui ad eam reverà obligantur, eò quod fratres sint. Idem de *Socinianis* dicunt, & à Reformatis postulant *Arminianis*, quod



quod agnoscendi sint pro fratribus, & quod verè fratres sint. Idem postulant Sociniani ipsi, non dissimili prætextu. Et admittendi ideo judicati sunt in *Irenico M. Henrici Nicolai*, quod *Reformatis*, imprimis *Johan. Hornbeckio* in Summâ controversiarum valdè probatum fuit pag. 587. 593. 594. Qui verò etiam *Tribuitas* non dubitavit admittere, quemadmodum è *metodo de Trinit.* & aliis pessimæ notæ scriptis, in iis, quæ ipsi opposuimus, demonstravimus.

S. XVII. Sed probare satagit fraternitatem Marefius, quod *multa nobis sint communia: communis primùm ratio salutis obtinenda per unicum Christum* *Ἰεσὺν Χριστόν*. Quam verò communionem etiam prætexebant *Nestoriani*; at per anathemata Ecclesiastica reprobati: Jactitant quoque *Papiste*, quos verò pro fratribus suscipere renuit Marefius. Atqui neque Christum *Ἰεσὺν Χριστόν* rectè agnoscunt, colunt, aut venerantur *Calviniani*, quod in *Examine doctrinae fidei Reformatorum Ecclesiarum de persona Christi* per XI. Capp. demonstratum fuit: neque salutem per Christum nobis constare sincerè credunt, dum *absolutè & citra intuitum meriti Christi* ad salutem prædestinatos esse, qui electi sunt, adserunt: neque fidem in Christum collocare, meritorum ejusdem fiduciali applicatione, possunt, qui Christum omnibus hominibus salutem acquisivisse merito suo insiciantur, & *solum* humanam naturam pro nobis passam esse docent: Solius enim passione carnis salus æterna acquiri non potuit: ne de eo dicam, quod *obedientiam Christi activam* pro nobis præstitam non pauci Reformati negent, quem errorem *fundamentalem* publicè damnatum esse in *Reformatorum Ecclesiâ*, non constat: imò *Marefius* in brevi *Refut. Apol. Curcell.* p. 300. *se nunquam invisum fuisse illi Piscatoriana sententiæ* fatetur: Item *nullam heterodoxia notam inusitam ei velle: nec Synodos nationales Galliæ quicquam sequius & atrocius de illo dogmate pronunciaffe, censuisse tamen, solum oppositam sententiam debuisse publicè in suis Ecclesiis doceri.* Taceo etiam hîc, quod *bona opera necessaria esse ad salutem* statuunt, atque eo pacto per UNICUM Christum salutem obtineri, haud credant.

S. XVIII. *Commune* (2) dicit esse *fidei & veritatis principium*, Dei verbum scripturis S. Vet. & Nov. Testamenti consignatum. At Reformatos hoc principio fidei & veritatis unico & solùm infallibili, non

Probationes  
Marefiane pro  
Calvin. Fra-  
ternitate.  
(1) *A commu-  
ni salutis ra-  
tione.*

(2) *A commu-  
ni fidei princi-  
pio.*

li, non niti, cum *praxi ipsâ confessiones* ipsorum, & *contentiones* docent, cum rationi humanæ iudicium deferunt in iis, quæ meræ fidei revelationis, seu rebus fidei, & iudicium de contradictione in fidei mysteriis eidem committunt, quo de videatur *B. Meisnerus* noster in proba I. Calvin. & *B. Gerhard.* in volum. II. disput. sub finem disput. de iudic. S.S. in rebus fidei. Et unde est, quod *verba clarissima* scripturæ sacræ tropis multivariis obfuscent, nisi quod sensus, quem ipsa verba perse reddunt, rationi ipsorum consentaneus non videatur, quo pacto rationem fidei suæ principium faciunt, non verbum Dei, aut certè scripturam juxta rationis iudicium interpretantur, non juxta verborum Spiritus S. tenorem. Inde enim *Synechdochen*, vel *allaosin* invehunt, cum mysterium de *Persona Christi* explicatur in S. literis: inde *metonymiam*, & nescio, quos non tropos verbis *institutionis sacramenti Eucharistias*, & iis, quæ de *efficacia Baptismi* agunt, affricant. Inde per *Ironiam*, aut etiam *Synechdochen* ea depravant, quæ de *gratia Dei* & *merito Christi* ad omnes sese porrigente occurrunt. Et nullus ferè finis est *troporum*, & *depravationum* in classicis scripturæ oraculis penes Calvinianos, qui strenuè ducem suum Zvinglium in eo sequuntur. Id enim erat ejus principium, *Deum non proponere nobis in verbo suo incomprehensibilia*, quales ineptas voces *Philippus* de Zvinglio, relatione de Colloquio Marpurgensi, notavit & profligavit: unde varios inexit tropos: Cui *B. Lutherus* in Confess. de S. cœnâ Anno 1529. *Es gilt nicht so tropens oder troppelns in der Schrifft, man muß die tropos erst beweisen / daß sie da seyn.*

(3) *A communibus relig. Christian. capp.*

§. XIX. Tertiò *communia* etiam dicit *omnia religionis Christianæ capita*, de *S. Trinitate*, de *incarnatione Filii*, illius *satisfactione pro peccatis nostris*, *nostræ justificatione per fidem solam absq; operibus*, *bonorum operum necessitate*, *Sacramentorum novi fœderis numero & usu*, quæ abundè sufficiant *singulis ad salutem*, si nullo contrario dogmate polluantur & destruantur. Sed pollui & destriui ea *contrariis dogmatibus* demonstrarunt jam pridem nostrates, è *Scriptis*, & *hypothesibus Calvinianorum*, *B. Mentzerus*, *B. Meisnerus* & alii, imprimis *B. Gerhardus Dispp.* de gloriâ Dei per Calviniana dogmata labefactatâ. Quomodo mysterium de *incarnatione Filii Dei*, & *Personâ Christi* polluant & destruant, *Examine laudato ostendimus; Satisfactioni verò pro peccatis*

HYPOMNEMATA GENER.

*catis nostris efficiunt, quæ de absoluto decreto commenti sunt. Si enim absolute electi ad vitam æternam sumus citra intuitum meriti Christi, quid opus est satisfactione Christi pro peccatis? Absolutissima illa gratia, quæ cor & Palladium est Ecclesie Reformatae, juxta Synodum Dor- dracenam non infert, sed excludit satisfactionem & meritum Christi. Quos elegit Deus solum, quia placuit, & quidem ad æternam vitam, illis opus non est reconciliatione, quia absolute dilecti sunt à Deo, & absolute ad vitam æternam prædestinati. Neque satisfacere pro pec- catis nostris infinitæ Dei justificatione passio solius carnis potuit, fa- tente Fr. Junio. At solam carnem vel humanam naturam Christi pas- sam esse, dogma est Calvinianorum. Sanè negatâ communicatione di- vine omnipotentie & virtutis vivificatricis, locum non habet sive imple- tio legis vite æternæ meritoria, seu satisfactoria passio pro peccatis no- stris. Ideò non mirum, Calvinum l. II. Instit. c. XVII. se&2. ita scripsit- se, Equidem fateor, si quis simpliciter & per se Christum opponere vellet judicio Dei, non fore merito locum, quia non reperiretur in homine digni- tas, quæ possit Deum promereri. Porro, quum negant, Christum pro pec- catis totius mundi satisfacisse, annon satisfactionem Christi, quantum in ipsis est, tollunt, ac labefactant, siquidem eam inutilem reddant ad fidem & inapplicabilem: nemo enim potest sibi applicare Christi sa- tisfactionem, si ea non sit præstita pro omnibus, sed more Piscatoriano concludere necessum habet, Christus pro quibusdam satisfacit, E. fieri potest, ut ego quoque, sum in illorum numero, pro quibus satisfacit. Respon- deat hic, si vir est, vel suo tantum Ludovico Crocio Maresius, excusis eruditionis suæ Calvinianæ pluteis, Dissert. Dyodecad. p. 667. EVI- DENS EST, certitudinem salutis, non tantum positam esse in eo, quod eam nobis persvadeamus & credamus: verum etiam, & quidem mul- to maxime in eo, quod Scriptura testetur, Christum pro omnibus, ac pro- inde etiam pro nobis esse mortuum. Sublata enim universalitate majoris, & veritate objecti, quam scriptura suppeditat, ut fidei fundamentum, fi- des in minore particulari absq; fundamento vacillat, & nihil concludit, juxta receptum Logicorum canonem: è puris particularibus nihil sequi- tur, ut in triplici notum est. Feriunt enim hæc omninò Maresum, qui si quisquam alius blasphemis dictis traducit universalem Christi re- demptionem, & acerrimè fidei suæ socios, Hypothesicos, quò eam qua-*

litercunqve assertam, maledicâ lingvâ insectatur. Dogma verò de justificatione nostri per solam fidem absqve operibus consistere neqvit, quousqve Calviniani bona opera ad salutem consequendam necessaria esse cum Papisistis & Interimistis adserunt, quod asseritur etiam à Maresio in Anti-Tirino Tom. II. p. 334. Producit illic Theologum Belgii sui (Gisb. Voëtium) qui non solum in Disputatione suâ inaugurali Coroll. Theol. parad. 2. statuerit: *Bona opera ex usu Scripturæ aliquo modo dici posse causam vitæ æternæ*, atq; in *Thersite Heavtontimorumen*o se Æt. II. c. 2. longius progressus affirmârit, quod opera illud aliquo modo sint, ad quod sequitur vitæ æternæ: quod sint id quod producit vitam æternam: sint principium per se ac physicè insuens in effectum vitæ æternæ, seu insuens esse in illum effectum; sint id cuius vi posidemus vitam æternam, vi non quam habeant ex se, sed ex dispositione gratiæ divinæ: deniqve sint instrumentum illud, quod voluit Deus per gratiam suam elevatum & assumptum concurrere ad productionem vitæ æternæ. Quæ etsi absurda dicat Maresius unius PARADOXI CAPITIS Thersitis, quem jubet fieri Heavtontimorumenon, nec unam birundinem per facere, communis tamen illa traditiva, quod bona opera necessaria sint ad salutem consequendam aliud non infert, quam quod explicatiùs tradidit Voëtius, imò Apostolo autore, Bona opera, si concurrant ad consequendam salutem, alio modo concurrere non possunt, quam meriti, Rom. IIX. 6. & Voëtius in animadvers. contra Examen Jacobi Batelier Arminiani sect. II. c. 2. ab omnibus Calvinianis sic inferri observat: *Quæ actio bona concurrat ad obtinendam salutem, eam necessum est concurrere per modum cause*, Conf. B. Dn. D. Hülsem. in Breviar. extens. supplement. c. XII. th. VII. seqq. Quod Sacramentorum usum attinet, sic dicuntur *omn* discrepant à Nostris Calviniani; nam nec media ea agnoscent ordinaria regenerationis & salutis, sed tantum signa, eaqve dubia, nihil significantia, nisi penes electos, de quibus verò, quoniam illi sint, nemini constare potest, & de substantia Sacramentorum maximopere à cœlesti veritate abeunt: unde B. Lutherus negat (& meritò) Zwinglianos Eucharistiam à Christo institutam celebrare. Confess. Minori de Coena Anno 1544. T. IIX. Jenens. f. 177. & IIX. Altenb. f. 348. *U*so ist das Abendmahl bey ihnen nichts anders denn sonst eine tägliche gemeine Mahlzeit, da man Brod und Wein brauchet, den bey demselben

HYPOMNEMATA GENER.

Fau man von Christo reden / lesen / loben / danken / und also geistlich es-  
 fetu / eben so wol als im Abendmahl Christi. Postremò non sufficit, *illa*  
 doctrinæ capita, quæ recensuit proximè Maresius, tenuisse, sed in *aliis*  
 etiam oportet non contradicere S. literis, quantum *ad fidei dogmata*:  
 quemadmodum ab alia etiam alii anathemate percussi sunt: Ita e. g.  
*Pelagiani* condemnati sunt ob negatum originis peccatum, *Donati-*  
*stæ*, quod articulum de communione Sanctorum pulsarent, *Nestori-*  
*riani*, quod communicationem idiomatum labefactarent, *Prædesti-*  
*natiani*, quod absolutam prædestinationem adstruerent, *Anabaptistæ*,  
 quod semel justificatos gratiâ Dei excidere posse inficiati sint, & præ-  
 dobaptismum, ob fidem infantibus negatam, inanem ceremoniam  
 effecerint, *Schwencfeldiani*, quod immediatam illuminationem asse-  
 ruerint, &c. Quæ pleraque in Zvinglio-Calvinianis etiam obser-  
 vantur.

§. XX. Quod (4) *communem cultum in lingua vulgari*, & ab 4. à *communi*  
*idololatria repurgatum* præterdit: id cum accusationibus aliorum *cultu.*  
 Calvinianorum, etiam in confessionibus publicis, non congruit, qui  
 nos *idololatria* ob carnis Christi adorationem, & ob vim divinam Sa-  
 cramento tributam postulant, *sacrificii missatici & idololatrici cultus*  
*fundamentum* à nobis retineri, criminantur, neq; repurgatum esse  
 cultum nostrum à Papali superstitione, & idololatriâ admittunt, ce-  
 remonias nostras pias & innocentes damnant &c. ut è *Daneo* in *Eu-*  
*min.* Chemnit. pag. 417. *Calvino* in admonit. contra Westphal. & in  
 comment. ad Eph. V. *Bezâ* in Colloq. Mompelg. ad dogma 1. & 2. de  
 Baptism. p. 433. *Bergio* in Psevdo-Stereom. Testam. Christi, *Pareo* in  
 comment. ad Rom. I. *Anhaltinorum scripto* contra Theolog. Wite-  
 berg. aliisque constat. Neque verò *communem* nos cum Reforma-  
 tis *cultum* habere cupimus: qui Christum secundum *humanam natu-*  
*ram* adorare renuunt, è *Baptismo* externo ablutionem corporis, è S.  
*Eucharistia* nudi panis manducationem, & vini bibitionem, cum me-  
 moriâ passionis Domini, quæ in qualibet vulgari cœnâ locum habet,  
 efficiunt.

§. XXI. Quod (5) *de communibus adversariis Papistis & So-* 5. à *communi-*  
*cinianis* adfert, non ex asse verum est, quum in multis Papizent Cal- *bis adversa-*  
*viniani*, in multis Arianizent, & Socinizent, quorum *Harmoniam* *riis.*  
 cum

cum Papicolis B. Gesnerus, B. Himmelius, & alii, cum Arianis & Soci-  
nians B. Graverus, B. Gerbardus, imò etiam D. Pelargus, prius quam  
ad Calvinianos transfuga fieret, demonstrarunt.

6. à communi  
protestatione.

§. XXII. Quod (6) denique ad communem protestationem at-  
tinet, non Zvinglianos, sed nostros olim protestatos fuisse contra  
Romano-Catholicos; neque in societatem nostram admissos Calvi-  
nianos, sed palam exclusos per *transactionem Passaviensem*, & *Augu-  
stanam pacem Religiosam*, notorium est, de quo in disputationibus  
de pace religiosa egimus: In Monasteriensibus verò tractatibus ad-  
versus Calvinianorum admissionem protestationem factam esse à  
Magno principe, nondum memoriâ excidit: nec eam quisquam ad  
Syncretismum facere, supra monuimus. Atque hæc de *causis* fra-  
ternitatis à Maresio factis *δια βραχέων*. Actum enim de his aliàs est  
plenius, & perfunctoriè tantùm eæ ab illo delibatae prolixum non re-  
quirunt elenchum.

De mediis ten-  
tata & pro-  
mota Cass.  
Concord.

§. XXIII. Jam de mediis quoque tentatae & promotæ Cassel-  
lis pacis Ecclesiasticæ differit observator, *questam* primum *ibi pacem*  
*non per disputationes dialecticas, sed per amicabile Colloquium virorum*  
*pariter eruditorum & piorum eodem collantium, ex eodem veritatis*  
*retinenda & charitatis unâ exercenda ac promovenda voto.* Sed pro-  
testantur in Epistolâ Apologeticâ p. 8. Rintelenses, se non per collo-  
quium solum rem egisse, sed *disputationes de controversiis* instituisse,  
nec perfunctoriè, sed accuratè materias contulisse, vices etiam opponen-  
tium & respondentium permutasse. *Et quis neget, inquam, intra octi-  
duum plusquam perfunctoriè ventilari controversias potuisse, quæ nobis*  
*cum reformatis intercedunt? At nolint arbitrari non plus actum dictum*  
*ve esse, quam quod relatio illa habet.* Exhibuimus Dnm. Marpurgensibus  
nostras, & illi nobis suas theses segregatisq; de quibus utring; conveniret,  
controversas quæstiones, evoluto ab ambiguitatibus ante omnia cujusq;  
controversæ statu, quâ par erat moderatione, & uno veritatis proposito  
studio, sic disputavimus, ut opponentis & respondentis vices permutare-  
mus. Et provocant eâ in parte ad protocolla. Ecquid ergò negat  
Maresius adhibitas fuisse disputationes, aut num disputasse quidem  
non autem dialecticè vel Logicè disputasse putat? Id multò minus lar-  
gientur Rintelenses, qui disputationem non Logicam faciliè agnos-  
cunt

1. Quod non  
tentata per du-  
putat. sed per  
Colloquium.

scunt ἀλογον esse, nec disputationis nomine dignam: aut num in hæresi fortassis est *Durai*, qui pro acumine suo admirando novellum *εὐγενεια* conferendi sine collatione, disputandi sine disputatione, Methodi, quam vocant, investigatoriæ excogitavit, quæ habetur in Prodro-mo tract. Iren. p. 428. quæ conscientis manifesta fieri omnia posse, ar-bitratur, per veritatis DEMONSTRATIONEM, at sine apodixi vel discursu demonstrativo p. 421. cujus causâ novum videtur *asinorum pontem* struere, vel *clavem*, ut vocat, conficere, quæ seram in hac portâ referet, quæ ipsi est omnium proprietatum, quæ naturaliter inherere rebus collectio & dispositio, ut de consentiâ aut inconstentiâ prædicati cum subjecto iudicium fieri possit ex consentaneitate aut dissentaneitate, quas proprietates invenire liceat, si rem quamlibet spectemus in suis cau-sis, effectis, subjectis & adjunctis propriis: & ut in hac meditatione mens nostra procedat à simplicibus, & prius utriusq; notis, atq; concessis ad com-positam ac demonstrativam dubii solutionem. Quod fieri posse sine λο-γισμῶν ratiocinatione vel argumentatione & disputatione si quis pu-ter, eum cum ratione insanire omnes sani dixerint.

§. XXIV. Quod ut in *Dureo* quivis videat, attendat solum parumper ipsi interpretanti *Methodum investigatoriam*, non disputa-toriam, prout ea pag. 473. proposita est: *Omnia, inquit, in hoc speculo mentis per reflexionem directam, nihil per refractionem peragendum est* (ad quæ intelligenda *Oedipo* fortassis, aut *Delio* augure opus) inte-gros enim notionum radios, in quolibet actu DISQUISITIONIS (sine disputatione institutæ) & certo ordine successivè COLLIGERE (sine collatione aut illatione) ad DEMONSTRATIONEM faciendam (sine demonstratione. Mera portenta loquitur novus Logicus aut Methodista, Logicâ omni, ut apparet, naturali destitutus) quæ suis in mente lineis & numerorum proportionibus constat æquè ac DEMONSTRATIONES MATHEMATICÆ, (in Theologia homo ineptus demonstrationes Mathematicas quærit, easq; ut nihil ad contradic-tionis evidentiam, & portenti loquia desit, sine demonstratione: quum nemini non constet perfectissimum apodixeos & demonstrationis genus in *Mathefi* locum habere, nec argumentationes vel dispu-tationes demonstrativas, aut syllogismos apodicticos uspiam lucu-lentiores reperiri) & schemata istarum linearum intellectualium, qui-

De *Durai* Me-  
thodi investi-  
gatoria sine  
disputatione.

bus notionum ex textu haustarum, & nullo modo illatarum in textum NUMERI ET PROPORCIONES ad oculum in chartam conjici possunt. Quasi hæc oculis patere possint, sive corporis sive mentis, & evidentia rerum (non enim de perspicuitate verborum hic res est) in mysteriis fidei locum habeat? Et quinam obsecro, mi Duræe, in S. literis de rebus fidei numeri, quæ proportionales, quæ schemata linearum intellectualium habentur! annon potius illæ ὑπὲρ νῦν, ὑπὲρ λόγον, ὑπὲρ πᾶσαν κατὰληψιν τῆς κλιῆς φύσεως, ut destruere oporteat πᾶν ὕψωμα ἐπαιρούμενον κτλ τῆς γνώσεως τῆ θεῆ καὶ αἰχμαλωτίζεσθαι πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τῆς χριστοῦ 2. Cor. X. 5. Verè de talibus Methodisticis usurpaveris illud Apostoli, Φόσκοντες εἶναι σαφοὶ ἐμωραῖησιν Roman. I. 22.

S. XXV. Quam autem *disputationes* in veritatis indagazione (sive quænam sint verbo Dei consentanea, quæ dissona, sive quam ponderosa sint; aut non sint dogmata, inquiratur) necessariæ sint, ut sine illis nihil profici queat, vel è *Vedelii sui rationali Theologico* et si magnam partem minus rationali, ac verè ἀθεολόγω discere potuisset ac debuisset Duræus, priusquam huic causæ se immiscuisset, ne *labyrinthum sine filo Ariadnao* ingrederetur. Qui in *Jesuitis* novum modum veritatem investigandi sine *disputatione* profligavit. Quackeros hodiè effugium illud est, disputandum non esse, & cujusdam *Bernh. Baumanni* im teutschen Evangelisch-ärgerl. Christenth. p. 1408. Sie haben ein Buch/ welches sie Logica nennen/ damit schänden sie die Lehre Christi / und disputiren die damit hindurch und wieder hindurch ic. Nec ab similibus est *lex Mahometana*, quod *disputandum non sit de religione*. Magis tamen absurdi videntur *Henotici*, quod *disputationem* admittant, sed *Dialecticam* esse nolint. Quod commentum ἀντι-Φαπκὸν confecit jam pridè *S. Augustinus* in *Cresconio*; docuitq; quædam impossibile sit *disputare absq; Dialectica* l. 1. contra *Crescon.* c. XIV. Neque enim, cum hoc mihi obijcis (quod *Dialecticus* sim) imperitiâ te falli puto, sed fallere astutiâ. Nomen quippe *Græcum* est *Dialectica*, quæ si usus admitteret, fortasse *Latinè* *disputatoria* vocaretur, sicut *Grammaticam* *Græcè*, *literaturam* *Latinè*, viri doctissimi appellaverunt. Sicut enim à *literis* denominata est *Grammatica*, quoniam *Græcè* *grammata* *litera* dicuntur: sic à *disputatione* *Dialectica* nomen accepit, quoniam *Disputatio*



tio Græcè dialogue vel dialectis appellatur. Sicut autem Grammaticus à veteribus Latine dictus est literator: ita Græcè Dialecticus multo usitatius & tolerabilius Latine dicitur Disputator. Puto jam quod Apostolum disputatorem non neges, etiam si dialecticum neges. Improbare ergo in vocabulo Græco, quod approbare cogaris in Latino, quid est aliud, quam indoctis prætentare fallaciam, doctis facere injuriam? Aut si & disputatorem negas Apostolum, qui tam assidue tam egregie disputabat, nec Græce nosse vel Latine, vel quod est credibilius, & in verbo Græco fallis eos, qui Græcè nesciunt, & in Latino, qui nec Latine sciunt. Quid enim est, non dico imperitius, neque enim tu ista non nosti, sed omnino fallacius, quam cum audias & legas tam multos multiplicisque sermones Apostoli asserentes veritatem, convincentes falsitatem, negare quod soleat disputare, cum hoc fieri nisi disputando non possit? Maximus verò in oratione *πρὸς τὴν κατὰ λαοὺς* non Catholicis, sed paganis & hæreticis convenire, quod disputationes subterfugiant, docet, idque *τῆς πλάνης καὶ τῶν κακῶν ὁλοῦς αἴτιον* esse affirmat. Hac apud omnes, quæ extra Ecclesiam sunt, erroris & malorum omnium causa est. Quis enim adversariorum Ecclesiæ catholicæ, qui non postulet, ut quæ dixit absque iudicio intellectus credantur, sive Græcum dicas, sive Manichæum, sive Arii, sive Apollinaris, aut alterius alicujus talis sectatorem, annon declinat examen (*τὴν ἀξίωσιν* disputationem) ut effugiat refutationem, nonne cum alia quedam ex sua heresi derivavit, alia autem ex sacra scriptura congruentia & nexu comportavit, & ad proprium sensum detorsit, profert quidem probationes (*κατασκευὰς*) in quas manifeste proficietur nolle se ut quisquam curiosè inquirat. Quàm necessaria sit disputatio ad Ecclesiasticam pacem ineundam post B. Nic. Hunnii consultationem docuit Dn. D. Dannhaveri Fratris nostri in Christo conjunctissimi illex & Obex pac. Eccles.

§. XXVI. Quod autem disputationes *Φιλονομεία* & *Φιλονικία* facile comitentur, quod non raro magis personæ quaratur triumphus, quam causæ, quod sæpe fiat, ut veritas altercando amittatur, id omne ex accidenti est: nec ob abusum tollendus est rei usus: alioquin & *Colloquia* quæcunque de rebus fidei, (quanquam nec ea sine disputatione inter partes disidentes institui possint) reprobanda, quod in iis  
etiam

etiam *Φιλονεικία*, & *Φιλωνία* non raro dominetur, & quod plerumque infelix Colloquiorum fuerit exitus, uti *Nazianzenus* jam notavit: imò & *interpretatio scripturae* è contextus antecedentibus & consequentibus, & locis parallelis (quæ itidem sine disputatione vel argumentatione fieri nequit) erit intermittenda, ob *Pseudberminianæ hereticorum*, scripturas detorquentium. Quæ ineptiæ sunt homine erudito indignæ.

§. XXVII. Præfert hic Colloquia disputationibus *Maresius*. At in *Respons. Melletio nomine Collegii Theologici Gröningensis Academiæ dato*, ut & in *Consilio de procurandâ ætiori unione Evangelicorum* non minus Colloquia, quàm disputationes, vel concertationes Theologicas parum ad unionem conferre censuit, & mutuam tolerantiam citrà colloquia & concertationes, per solam nempe transactionem & definitionem, sancendam svasit: *Ex colloquiis* (scribit *Maresius* in consilio suo) *vel concertationibus Theologicis parum huc usque sperari potest ad hanc unionem: quod cum Rever. & Clariss. Dn. meo Collega Facultatis nostræ responsio ad Rever. & Doctiss. Dn. Mellet. variis rationibus dedi confirmatum.*

§. XXVIII. In Colloquio *Cassellano eodem collimasse Rintelenses & Marpurgenses* facile largimur: res ipsa enim id testatur: nam non aliter in *Calixti Scholâ* informati erant, quàm uti *Calviniani Syncretistæ* persuasi sunt: *nullum sc. esse fundamentalem dissensum, & facilem esse concordiam Ecclesiasticam ineunde rationem.* Talibus, qui conveniunt, de re colloquendi causâ, de quâ alioquin non dissentiunt inter se invicem, non opus esse disputatione, sed tantùm sententiarum suarum manifestatione, nemo diffitebitur: quia ubi illæ non dissonare, sed eadem, esse deprehenduntur, ecquis requireret disputationem? Conspirantes in eandem sententiam, quid atiner disquirere, sitne vera eadem an falsa, quum jam utriusque præceperint animo suo, veram, non falsam esse, & in eo *ὁμοθυμαδὸν* consentiant? Id verò non capio, quomodo *idem veritatis retinenda, & veritatis unâ exercenda ac promovenda votum penes utramque partem esse potuerit?* Nam quum votum illud penes *Reformatos* fuerit, *Calvinianam fidem* in articulis controversis, quàm ipsi pro *veritate* habent, *retinendi*, penes *Rintelenses* autem suam de iisdem retinendi sententiam, quàm itidem illi  
veram

do coalitionem in sententiis, quoad ipsa dogmata controversa, intendere potuere. Cui enim parti suam sententiam RETINERE animo sedet, illi cum alterâ parte, contrariam sententiam, de illis capitibus soventi, ac RETINENTI, & retinere intendenti, non potest idem esse votum, eadem intentio, nec cum eâ eodem illa collimare cense-ri potest. Atque hæc de Primo medio à Marefio laudato, in Cassellanis Collocutoribus.

§. XXIX. Deinde id laudat Marefius, quod non processum Cassellis fuerit per formulas ambiguas, & dubii sensus assertiones, quas pars quælibet in suam queat pertrahere, sed per sinceram liquidationem capitum hæcenus utriusque, conversorum consensus & dissensus circa illa ingenuam explicationem, de eorum conditione, quantum ad salutis necessitatem, sapientem & moderatam definitionem, ac in iis, de quibus nondum potuit convenire, mutuam & fraternam tolerantiam, qualem norunt se debere infirmioribus in fide, qui se firmiores & perfectiores arbitrantur Rom. XIX. 1. At quam non sint ambiguitatis expertes formulæ & assertiones in Colloquio Cassellano, & quomodo pars quælibet eadem in suum sensum facile pertrahere possit, id post Episcopum Collegii Nostri imprimis in Academia Argentoratensi docuit Dn. D. Isaaci Fausti Irene Siren, quæ occupata maximè in sensus ambiguitate evolventa fuit. Quod verò non sincera liquidatio ex mente Ecclesie Aug. Confessionis facta fuerit à Rintelensibus, quodque potius attemperarint hi sese & appropinquarent Calvinianis, in plerisque, id tum Episcopis nostris, tum imprimis Antapologia nuperrimè edita à Collegio nostro Theologico affatim demonstravit, ubi non tantum Calvinizantes, sed & Papizantes, imò & Arminianizantes, & Socinizantes hypotheses, & doctrinæ Rintelensium observatæ sunt, & in solis disco expositæ.

§. XXX. Quam verò non ingenua consensus & dissensus Lutherano- rum circa capita controversa explicatio ibi facta, sed ex Calixti mente magis, quam è Sententia invariata Aug. Confess. Doctorum Ecclesie, seu consensus & dissensus cum Reformatis ab una parte exposi- tus sit, cum ex iisdem scriptis modò laudatis satis constat, tum verò è collatione scripti publici Theologorum Dresdensium, Lipsiensium, & Wi- tebergensium, cui titulus est consensus repetitus fidei verè Lutherana in  
D
illis

V. Consil. Theol. Witeb. p. 1. pag. 868.

illis doctrina capitibus, quæ contra puram & invariata[m] Augustanam Confessionem aliosq[ue] libros Symbolicos in Formula Concordia comprehensos scriptis publicis impugnarunt D. Georgius Calixtus ejusdemq[ue] complices, hic Witebergæ Latino & Germanico idiomate nuper editi, nec non censura de controvers. Regiomont. in causa Disput. Latermanniana, & judicii de Latermanni heterodoxia, ut & des kurzen und gründlichen Beweises / daß D. Latermann von der Augspurgischen Confession abgetreten / & judicii de erroribus D. Drejeri, (quæ habentur in consiliis Theologicis) itemq[ue] tractatus nostri, qui sub titulo Consultationis Cassellane ad lancem veritatis expense proximè editus est, & Harmonia Calixtino-heretica cum Calvinianis, Papistis, Arminianis & Socinianis ante decennium editæ, luculentissimum evadit, ad quam neq[ue] Calixtus, neq[ue] ulli Calixtini quicquam reponere hactenus potuerunt, ad ἀντιπαράθεσιν quippe redacti.

De momento controvers. Scripta Syncretistis opposita.

§. XXXI. An autem sapienter, juxta sapientiam Spiritus, & verbi Dei præscriptum, quod una nobis in hisce est, esse certè debet, sapientia (nam lex Domini facit nos prudentiores inimicis quibusvis nostris, & sapientiores ipsis senibus & doctoribus nostris Pl. CXIX. 98. 99.) de conditione capitum controversorum, quantum ad salutis necessitatem statutum ac definitum fuerit Cassellis, id præter Epicrisin & Antapologiam nostram Epistolæ Apologeticæ Rintelensi oppositam docere poterit Fundamentalis Apodixis Facultatis nostræ Theologicæ de reatu & damnabilitate dogmatum Calvinianorum Germanico idiomate Reformatis imprimis opposita, cum Appendice judiciorum variorum, quæ eidem adjecta sunt, & consensus Ecclesiæ Lutheranae, quam hic totam habemus ὁμοψύχου: Docere etiam de eo possunt, quæ responsi loco nobis reddita sunt ad literas communicatorias Collegii nostri, & Epicrisin, varia Facultatum Theologicarum & Collegiorum Ministerialium Ecclesiasticajudicia, quæ adhuc in archivis Collegii nostri asservantur. Docere item possunt, quæ jam publicata ab aliis orthodoxis sunt, sive adversus Syncretissimum Calvinianorum quondam edita, sive adversus Novatorum Syncreticam confusionem, & in specie adversus Colloquium Cassellanum. Quæ spectant, præter censuras Orthodoxorum in controversiâ Latermannio-Calixtinâ editas, & scripta Ministerii Tripolitani Regiomontis & imprimis B. Dn. D. Celestini Myslenia, & ea quæ

HYPOMNEMATA GENER.

quæ maximè in hisce Electoralibus terris, & Academiis à Beatis Theologis *Jacobo Wellero, Job. Hülsemanno, Job. Scharffio, Dn. D. Dan. Henrici*, aliisq; edita sunt, *Syncretismus* item noster *Calixtinus*, & Scripta Anti-Drejeriana, Anti-Latermanniana, Anti-Nicolaitana, ac de Syncretismo non neminis à Nobis divulgata: Et quæ *Rintelensibus* opposita sunt à *Dn. D. Petro HaberKornio* Prof. primar. Gissenfi *in fideli & solidâ contra Syncretismum admonitione*, à *Dn. D. Faustio* Prof. Publ. Argentor. in *Iren. Sir.* à *Dn. D. Andr. Kühnen* Superintend. Episcopolitano Disquisitione de puncto atq; momento discrepantia inter Lutheranos & Calvinianos ad relationem *Cassellani Colloqvii*; nec non idiomate Germanico à *Dn. D. Christiano Chemnitio* Prof. Publ. Jenensfi in vertheidigtem Grund des Glaubens und der Seligkeit / oder Bericht und Antwort auf Henrici Martini Eckardi Prof. Rintel. wenigtes Bedencken über das Cassellische Colloqvium, à *Dn. D. Job. Christophoro Seldio* Superintend. Generali Saxo-Coburgico in wohlgemeinter Entdeckung des Syncretistischen Abgotts und Greuels / oder der hochschädlichen Religions-Vermischung/so Anno 1661. Zween Rintelische und Zwen Marpurgische Theologi in die H. Städt zu sehen sich unterstanden / à *Dn. D. Jacobo Zenzeln* Superintendente Greussensi im kurzen Bericht vom Kirchen-Frieden über *D. Eckardi* Bedencken / & gründlichen Gegen-Vertheidigung des kurzen Berichts contra eundem &c.

§. XXXII. E quibus omnibus etiam, quid de illâ *mutuâ & fraternâ tolerantia infirmioribus in fide debita*: ad quam temerè abripitur locus Apostolicus *Rom. XIV. 1.* (de tolerantia non *hæreticorum Rom. XIV. 1.* vel *hæresum*, quibus *anathema* dicit Apostolus *Gal. I. 8. 9.* non *tolerantiam* indicit, sed *fratrum*, qui in fide sunt *ὁμοψύχοι*; nec de tolerantia, quâ *dogmata heterodoxa*, sed quâ *infirmitates in conversatione & vitâ*, & quâ *adiaphora & indifferentia* agens) habendum sit; de quâ conferri etiam poterit *judicium Collegii Nostri Theologici cum responso Nostro ejusdem in nonnullis dilucidatorio de literis Reversalibus Syncretismo consecratis* hic editum, cum *judicio Dn. D. Sam. Langii* Prof. Publ. Lipsenf. Laconico de subscriptione hypotheticâ *M. Georgii Lillii Præpositi Berolinensis* Latine & Germanicè publicato. Item der *Aussage* etlicher Inspectoren und Prediger in der *Marck Brandenburg* über *Herrn M. Georgii Lillii* Probst zu *Berlin* An- und Umb-Frage/

ob man die Revers mit gutem Gewissen schreiben und unterschreiben könne &c. Quæ idè commemorare hic libuit, ut conticefcet maledicentia Marefiana, (qvalis in fimilibus à Dn. D. Job. Maukifcbio jam Dantifci caftigata, & à D. Gifberio Voëtio ejusdem fidei focienno πόνι μέρει retributa) definatqve *Thefites* ille *Heavtomorumenos*, uti à Voëtio appellatur, *Calovianum*, & *Dannbawerianum* furorem crepare: ac intelligat, qvam vanus augur fuerit, cum *Magnos viros ordinis Ecclefiaftici & Politici Calixtinam moderationem* zelo noftro pio ac decenti, qvem furorum malè fanus vocitat, *pralatuos* vaticinatus eft. Nec tamen nominavimus omnia. Nam de *B. Dn. D. Job. Majore*, de *B. D. Dorfcheo*, de *Dn. D. Dannbawero*, & de aliis pafim per orbem Lutheranum, Syncretifmum juxta cum Theologis Witebergenfibus, profigantibus, nihil adhuc diximus. Nec qvomodo publicâ autoritate non magnerum folùm inter Politicos nominum, fed fummorum etiam capitum repressus ille fit, qvique attigimus. Scilicet tùm *novellum Prophetam* Spiritus Propheticus, & fpec fua adeò deftituit in hoc præcipite augurio, & judicio de *Magnis viris* Calixtinum Syncretifmum probaturis, ut vix inveniatur hodiè, imprimis in ordine facro, unus vel alter, atqve illi nec inter fe, nedum cum *Calixto*, aut cum gente calvâ convenient, capitibus maximè divifi, etfi caudis copulati fint, *Samfonicarum vulpecularum* inftat, ad depopulandum fegetem purioris religionis Ifraëlis veri.

§. XXXIII. Sanè qvam falſus arufpex fuerit idem in prædicendâ conjunctione *Sereniffima domus Württembergica* cum *Sereniffimo Electore Palatino* per *illuſtriſſimam Principem, COLIGNIAM*, & *operam Mellerianam*, ad propagandum Syncretifmum (de quo ſub calcem obſervationum ſuarum p. 113. in Syndrom. Meller. ita vatidico Spiritui prædicere viſum fuit; *Sereniffimus quoqve Elector Palatinus, paria procul dubio facies cum Sereniſſima domo Württembergica, in qua Heroïnâ ac Pientiffimam Principem habemus, abneptem Maximi COLIGNII Amiralii, pacis Evangelice ſitientiffimam, qua in Irenicis conſiliis tota eſt, ut qua ante annum literas ea de re humaniffimas ad me dedit; prout etiam ſcriptis R. D. Jobannis Meller. Celfitudini ſua à concionibus ſacris videre eſt,*) divinâ gratiâ eventus docuit,  
cum

Vana auguria  
Marefiana.

cum missâ factione Zvinglianâ ad fidem verè Evangelicam Lutheranam conversa est *Celsissima Colignia*, & mors stamina vitæ præripiens, Melletum *συγυρητίζου* vel *συγυρησισου* dedocuit. Expectabimus, an adhuc nondum desperet *Maresius de reliquis Principibus & ordinibus Evangelicis eodem allaboraturis*, ac ipso nominatim *Serenissimo Electore Saxonie*, Domino ac Nutritio nostro clementissimo, quem *sacro pacis incendio*, ut ipse loquitur (verè sacro seu detestando incendio concordie Christianæ, à Serenissimo & nunquam satis laudato Principe AUGUSTO, Augusto quondam Saxonie Electore, magnis sumptibus, pientissimoque Zelo in Formulâ Concordie sancitæ, pacisque Ecclesiasticæ, quæ suaviter hæctenus in Ecclesia Lutheranâ viguit, antequam prorumperent diri isti incendiarii) *quod in se est collaturum, ac suos Theologos JUSTO VEHEMENTIORES* (quia sc. Syncretismum Cassellanum non approbant, quem nemo Lutheranus invariata Aug. Confessionis, Formulæque Concordie, ejusdem interpreti sincerè addictus approbare potest) *ut de illis Edicto publico quæri coactus fuerit Serenissimus Elector Brandenburgicus*, ad pacis & concordie consilia inflexurum, auguratus idem vates est. Num verò justam causam habuerint, qui hanc scenam in Marchiâ adornarunt Calviniani, & apostata, (*Serenissimum enim Electorem* semper excipimus, cui reverentiam debitam humilimè deferimus, & pro cuius salute vota pia meritò nuncupamus) dies docebit, cum innocentiam Collegii Nostri, totiusque Academiæ, adversus tam graves accusationes divina justitia in lucem produceret, de quibus certè Deo, justissimo judici, gravem redditori sunt illi rationem, quod *Potentissimo Electori, Domino meo & Nutritio quondam clementissimo* tam dira, & ne à *Jesuitis* quidem unquam tentata suggererint consilia, quæ hæctenus in orbe Christiano inaudita fuere; quorum in approbatione sua *Maresius*, aliique Calviniani, (etsi non nesciit, quod talium criminum rei Witebergenses Theologi minimè sint) participes se reddunt, & contra conscientiam agunt, & *parile iudicium* indubiè sibi accersunt.

§. XXXIV. Ad talem verò pacem & concordiam, qualem Cassellis inierunt bini Rintelenses, & bini Marpurgenses, nec *Potentissimus Elector Saxonie*, quo est pientissimo erga depositum fidei Lu-

theranæ Zelo, nec quisquam Principum invariatae Aug. Confessionis Theologos suos inflexurus est unquam: Neque sanè opus habemus tale quid metuere, aut præsumere de *clementissimo Nutritio nostro, defensore avita Religionis constantissimo*, et si optet id Calvinianus Spiritus, & quantum in se est, moliat, quemadmodum è Melletianis litteris diversis constitit, atque ominetur etiam hic Syncretista Gallico incedens cothurno, Serenissimum Electorem pium Collegii nostri Theologici Zelum & studium sufflaminaturum, quod verò potius à *Serenissimâ ejus Celsitudine*, pro pietate ejus laudatissimâ, omni gratiâ & clementiâ foveri certissimum, & deinceps folum iri, Dei benignitate, cujus honori omnia nostra unice dicata sunt, confidimus. Quam gloriosissimis vestigiis Majorum insistere, ac gratiosissimo favore Ecclesiæ Antistites, pro sancto deposito purioris doctrinæ laborantes, & *Deo, quæ sunt Dei, Casari, quæ sunt Casaris, reddentes* complecti, non nobis tantum, sed orbi notum est Christiano. Illam utiq; ἀλλοτρίοις μοκροῖται & πάλυτε αἰγμοσὺβλω hominis Gallobatavi nec politica magna nomina, nec Ecclesiastici Viri probabunt: qui suum scribendi cacoëthes fastuosè ita deprædicat in Anti-Tirino: *Præcocius ingenii Gallici fructibus annumerari posse, quod plus ego librorum quinquennii spacio ex hac Academia, Gröningensi sc. emisserim, quàm à meis decessoribus, viris longè sapientioribus, per quinque lustra factum fuerit.*

§. XXXV. Prodit ita sese Spiritus Calvinianus instar soricis, quamnam tolerantiam intendat: & quo sit animo ergà sinceros Lutheranos, cum *dira edicta* calculo suo approbat Irenicus: uti novellus Henoticus *Diestius* in disp. Histor. Iren. consuluit p. 217. *Refractarii debitâ penâ refrenandi sunt. Ecclesiæ igitur munus erit, convitiantes & rixantes post unam, aut alteram admonitionem clavibus Regni cælorum ligare, tandemq; contumaces à sacris arcere: nec ullos Ecclesiæ præficere Doctores, nisi viros pacificos, rixarum & convitiarum osores, quiq; dissentientes à se Evangelicos ob dissensum non fundamentalem, non execrentur & persequantur, sed fratres agnoscant v.g. si Calixtini & his in animi lenitate & modestiâ similes rigidioribus Wittenbergensibus, eorumq; similibus, qui quasi Βοαρρηγες videri volunt, præponantur. Magistratus item politici hic munus erit, eosdem turbones*

*pacisq;*

*Ficta mansuetudo & tolerantia hypocrisis.*



HYPOMNEMATA GENER.

pacisq; Ecclesiastica adversarios ante à se sancità refractariis multet & severè coercere, eamq; crescentibus delictis, augere, eosdem ab omnibus publicis muniis arcere, & solos viros moderatos ad eadem promovere, qui & subiectorum suorum liberis studijs operam daturis, turbonum ac durissimorum illorum hominum institutioni se committere, sub pœna denegandæ omnis ad politica vel Ecclesiastica munia promotionis serio interdiciant. En Spiritum mansuetudinis, ac tolerantiam fraternam? Et adhuc ambigemus Calvinianos nos cupere in visceribus suis!

§. XXXVI. Sed revertimur ad *Maresium*. Non mirum autem nobis *Maledicentia Maresiana*. furorè illum adscribere, qui *suae partis* Theologo haud parum eruditori, & celebriori, etiamsi non Gallo, aliquos centurias assertionum periculosarum, lubricarum, falsarum, quas imprudenti juventuti propinet, impingit, eumq; publicè acculat, quod dum *ἠγάδοξα* & *νεοθωίας* scitetur, nihil ex autoribus, quos *εὐμυλταριῆ* evolvat, adoptet in suam, nisi quod à sententia receptori & saniori est remotius, UNIVERSAM Theologiæ Reformata ideam & hypotyposin hætenus receptam evertat, & ad suum MODULUM REFORMARE satagat, scenam ac stipulam pro auro & gemmis fundamento semel posito inedificet, ac periculosa ex Pontificiorum lacunis axiomata in sanam doctrinam derivet, quæ illi potius corrumpenda, quam juvanda inserviant; imò postulet eundem Pharisaismi, Anabaptismi, Brownismi, Precisitatis, novæ Theologiæ, novæ Casuistica, Atheismi, Scepticismi &c. Innumera propemodum sunt, quæ ipsi imputat, eaq; gravissima. Et extrahi possent integri Loci communes maledicendi, quæ copiam verborum & sententiarum, è scriptis ejus: aded excellit in arte illa *Maresius*! Sed ex his latis maledicentia, & abortiva lingua, ut ipse loquitur, *Maresiana* dignoscitur. Quam & hic affatim prodidit, dum nos; omnesq; illos, qui se *Colloquiis Cassellani decretis* opponunt, (quod nemo *γνῶσις* Lutheranorum probavit hætenus, reprobant verò unâ mente omnes) virulentis dictariis incensit, ceu duros homines, quos è *SAXIS* natos dixeris cum progenie *Deucalionis* & *Pyrrhæ*. (ita inclutam nationem *SAXONICAM* diffamat) qui ex odio parum Christiano adversus fratres suos pallent ad nomen concordia cum Reformatis & suæ cetera communionis viros Magnos etiam post eorum obitum insectentur, et si livor ut plurimum post fata quiescat. Sine dubio *Calixtum*, *Hornejum*, *Latermannum* indigitat,

cat, aut etiam *Mich. Bebmium*: Sed annon *bareticos & schismaticos* etiam post facta ipsorum justâ censurâ notavit passim *Maresius*? *Duritiem* autem ejusmodi, *odiumq; parum Christianum* adversus fratres de NULLO Nostratum, quos categoriis istis onerat, demonstraturus unquam est *Maresius*; cujus verò per *viginti annos* continuatorem ipsum proclamant chartæ ejus maledicentiâ refertissimæ: quarum diffamationes tantùm abest, ut *pœnitentiâ* eluere, ut ne quidem unquam se fratrem diffamasse, agnoscere voluerit, omnesq; potius *Synodorum de reconciliatione tractatus* recularit, quàm in *formulam reconciliationis, de injuriis, & diffamationibus utrinque sepeliendis* monuerat, consenserit, atq; diffamationes suas, & hanc minus Christianam *animi irreconciliabilis duritiem* hâc præclarâ exculparit (in *Epistolâ, de reconciliatione cum D. Voëtio*) *ωεφάσει: quod ejusmodi manuum & Scriptorum eristicorum concertatio non soleat procedere absq; mutuis vulneribus, quodq; reconciliatio nihil omninò completi debeat, quod palinodiam redoleat.*

De Syncretismo Calixt.  
um Papisia

Maresio ipse  
rofligato.

§. XXXVII. Edisserat verò *Maresius*, quosnam *Viros Magnos* nostræ *communions*, idèò publicè, & qua pote, infectati fuerint *Saxonici, quod pacem optaverint, & concordiam in votis habuerint*? *Calixtus* enim etsi *actuali* communionem adhæserit nostris cœtibus, mori tamen voluit in *virtuali* communionem cum *Papistis* non minùs, quàm cum *Reformatis*: quem nemo ob *pacis & concordie votum aut studium* infectatus est, etsi ob *Syncretismum* cum *Papicolis* æqvè ac *Reformatis* *πρὸς καὶ λαὸν* propugnatum, justâ censurâ notarint plures orthodoxi *Theologi*, non in *Saxoniâ* tantùm, sed passim per *Ecclesias Lutheranas*. Qualem certè *Syncretismum* nec ipse *Maresius* probavit: ne, ut ait ipse, *ignes fatuos per Castoris & Pollucis faustis luminibus, in hac Europæ tempestate sumat, aut Liam pro Rachele, Helenam pro Penelope, Faustina pro Lucretia obrudi patiatur*. Satius enim est, inquit *Præfat. concord. Discord. partem dantaxat Christianismi esse integram, quam totum esse corruptum, & fermento Pharisæico, ac Pontificio infectum: præstat familie partem quæ sana est, segregem agere, ut alterius, quæ peste laborat, valetudinem eminus curet, quam huic intempesivè misceri, cum salutis utriusq; certissimâ pernicie*. Quæ inteccedant, quo minus *Syncretismus cum Papisequis* (quem verò non

Gro.

Grotius tantum sed Calixtus etiam (satis) locum habeat, in ipso Anti-Christo revelato ibi exposuit Marefius. *Qua pax cum Jezabele Romana, quamdiu illius supra & veneficia continuantur, & defenduntur! Romam aliquid de suo supercilio remissuram, de suis Erroribus quippiam emendaturam, Concilii Tridentini Anabemata revocaturam quis sperabit, cum se extra omne errandi periculum hucusque constituerit? Mallet procul dubio suam auctoritatem in eo intensionis gradu, quem pertendit, sartam tectam conservari, quam si ad plures, sed limitata & intra cancellos veterum canonum coarctata, extenderetur. Volet semper Pontifex esse aut Caesar, aut nihil, & dimidium, quo fruatur absolute, praeferet toti limitato. Ideo Roma in omnibus suis consiliis collimat ad Protestantes opprimendos, non vero ad ullam cum illis concordiam resarciendam. Protestantes vero quod attinet, quâ conscientia possent de Juribus divinis transigere, & partem sibi libertatem multo praedecessorum suorum sudore & sanguine, superstitionis capistrum denuò indituri, abjicere? Quâ prudentia illud jugum iterum subire, quod etiam prudentiores Pontificii excussim operantur? Quâ securitate & fronte pacisci cum Româ, cujus purpura suorum Martyrum sanguine rubet potius quam murice nitet, & cui nihil antiquius hoc axioma, Fidem haereticis non esse servandam? An paterentur sibi novas obrudi formulas consensus annuas, atq; menstruas de Deo fides discerni, ut loquitur Hilarius lib. 2. ad Constant. ut sit potius fides temporum, quam Evangeliorum, & per subdola interpretamenta Dogmatum Pontificiorum ea sibi ingeri, quae ne reciperent Martyres nostri, nullum genus tormenti refugerunt? Hæc Marefius, & plura alia, quæ Calixtinum Syncretismum confodiunt. Unde monet, adduci non posse Protestantes ullos pietatis amantes, ut ad Syncretismi ullius cum Papis consilia velint attendere, probatq; Romam irreconciliabilem Josephi Halli, & quæ de illo argumento disseruit Edwinus Sandysus Eqves Anglus Relat. de Relig. c. XXXIIX.*

§. XXXIIX. Dicit quidem Marefius, nihil nostros habituros in isto inchoato Syncretismo Castellano, quem perhonestum vocat, quod Creticismi vel Samaritanismi jure accusent. At num perhonestum quicquam, quod non pium, non religiosum, & verbo Dei xad-

E

Agus-

*Νεῦσις* aduersum est? quod de syncretismo illo satis demonstra-  
 tum hæcenus. Nec pauca esse, quæ *Creticismi*, & *Samaritanismi* ju-  
 re accusanda sint, vel *Epicrisis*, & *Antapologia Facultatis nostræ Theo-*  
*logicæ*, ut alia taceamus scripta, antea commemorata, satis edo-  
 cuit. Et quum *Syncretismum* ipse vocet *Maresius* illam coalitio-  
 nem, quomodo à *Creticismo* eam absoluet? Siquidem *Syncretismus*  
 à *Cretensibus*, & *Creticismo* nomen habeat? unde alii è Reforma-  
 ris abhorrent à nomine *Syncretismi*: sed de hoc iterum videatur *Ant-*  
*apologia*: Ubi etiam de Optati Milevitani sententiâ dictum est.  
 Sanè si *fundamentalis* consensus cum Reformatis in arce locaretur,  
 locum haberent illæ *Maresianæ* declarationes, de *mutuâ tole-*  
*rantiâ*: Quæ ad calcem subjunguntur: *Si replicemus historiam ve-*  
*teris Ecclesiæ*, facillè erit deprehendere, nec in iisdem ritualibus con-  
 uenisse omnes Ecclesias particulares, nec earum *Rectores* & *Pastores* in  
*singulis apicibus consensisse*: aliud apud *Egyptios*, aliud apud *Afros*,  
 aliud in *Syriâ*, aliud in *Europâ*, aliud *Mediolani*, aliud *Romæ* obtine-  
 bat: Nec tamen propterea abrumpebatur fraternitatis tessera aut vin-  
 culum paci: sua retineant *Lutherani*, *Reformati* sua, modò se interea  
 verè ac propriè catholicos *Christianos*, *Evangelicos* ac *Fratres* agno-  
 sceant, & abstineant à iurgiis, à declamationibus, à conviciis, credant &  
 profiteantur utrique, quod *Dei* verbo & *scripturæ* convenientius judi-  
 cabunt. Sed fratres à se in istis pauculis dissentientes, suo iudicio infir-  
 miores, ferant *Christianè*, nec auersentur tanquam hereticos, aut tar-  
 zaro devoteant. Sed quum in fundamento fidei eos disfidere à *No-*  
*strâ Confessione*, demonstratum sit, erroresque ipsorum orco stygio  
 digni sunt, non minus, quàm *Nestorianorum*, *Prædestinarianorum*, *Be-*  
*rengarianorum*, *Anabaptistarum*, quos sequuntur, (qui ab Ecclesiâ pa-  
 lam damnati) quomodo fratres eos habere possumus, aut pacem  
 inire eam, quæ vera sit, & pax *Christi*, pax sine inimicitis, secundum  
*Hieronumum*?

Subdola He-  
 noticor. con-  
 filia.

S. XXXIX. Meminimus enim & nos illius, quod *Syncretismum*  
 cum *Papistis* molientibus occidit *Maresius* in *Concord. Discord. un-*  
*ναυτὶ ἐμὸν ἄλλω δὲ ζῆλῳ*, & contremiscimus similiter ad nomen uni-  
 tatis, quod cum veritate non concordat. *Piscator icthys sapit. Notamus*  
 sub

HYPOMNEMATA GENER.

sub pacis nomine insidias nobis strui. Non facile admittemus Joabi & Jude oscula proditoria. Talia esse Henotica Calvinianorum experientia docuit, quæ, stultorum Magistra, idem etiam docere poterit Rintelenses. Neque dissimulavit scopum Irenicorum suorum Marefius in consilio de procurandâ arctiori unione Evangelicorum, Joh. Melletio transmissio, & ab hoc adjecto suo Medio novo concordia. Nam debent, inquit, ex Regulâ Medicorum mali humores digeri, & incidi, priusquam EVACUENTUR. Et cum non detur transitus ab extremo ad extremum, intacto medio, debet primùm agi inter partes de mutuâ & Christianâ tolerantia, quàm de absoluto consensu. Quo sc. ab omnibus pedibus eatur in Catechesin Heidelbergensem, in Decreta Dordracensia, & Confessiones publicas Reformatorum. Tolerantia illa, vel concordia imperfecta ipsi, æqvè uti Joh. Bergio, est via & medium ad concordiam perfectam, ut nempe omnes Calvinifizemur, ut liceat monstris intentioni monstruosum nomen indere. Ideò non mirum, quòd non possit non, ut hic fatetur, UTROQUE POLLICE laudare, quòd factum est Cassellis, & CELEUSTARUM instar, quotquot sunt inter Evangelicos pacis & charitatis studiosis rogare, hortari, obtestari, ut CONTIS, REMIS, & VELIS ad hunc eundem portum contendant, & illius sanctissimi (Scilicet?) Irenici in Haspiâ capti leges, modum, ordinem suspiciant, admittant, promoveant, imitentur. Quia sc. existimat, hanc viam fore commodissimam, quâ Calvinismus invehi possit orbi Lutherano, ut is fraude nimis serò animadversâ, miretur aliquando, se tam subito esse factum Calvinianum.

§. XL. Papismi Sartoribus, & Henoticis Papæ dicatis hoc suggestit Marefius in concordia discorde consilium: Redeat Roma, prius emendatis suis erroribus sædisimis ad communionem Christianam, & paratos fore Reformatos redire ad communionem Romanam. Omnes invitet ad pacem & concordiam, sed abolitis, avocatis & annullatis canonibus & anathematizationis, atq; decretis omnibus Concilii Tridentini, Bullâ in Cœnâ Domini, ceterisque istius generis formulis in Reformatos conditis, pag. 57. Idem suggerimus per parodiam Reformatis: Redeant Carolstadiani, prius emendatis erroribus suis, ad communionem Christianam verè Evangelicam, & parati erimus Augustana Confessionis professores,

Consilium in-eunde concordie optimum ad instar Maref. de Papæ consilii.

coire cum ipsis in unam communionem. Abolcant, revocent, & annullent canones Concilii Dordraceni, & quæ veritati Evangelica adversa in confessionibus & Catechesibus suis proponunt, & parata facile erit pax & concordia. Omnes enim diffamationes, calumnias, criminationes paci Ecclesiasticæ condonaturi sumus. Ita impleatur illud Propheticum (Es. XI. 13. 14.) Et auferatur Zelus Ephraim, & hostes Juda peribunt, Ephraim non amulabitur Judam, & Juda non pugnabit contra Ephraim. Et volabunt in humeros Philistin per mare, simul pradabuntur filios Orientes. γένοιτο, γένοιτο!

## EPISAGMA

## I.

**E**T si non multum referat, cum nomine discretivo insigniendæ sunt in cæteris Ecclesiasticis, qui Zvinglii, & Calvini partes sequuntur, anne Reformati dicantur, an verò Zvingliani, aut Calviniani, dummodo nomine *Μαχηρῶν* ita exprimentur, ut caveri, & vitari possint, & in gratiam Magistratus, adhibito Reformatorum nomine, ubi illud satis notum est, tanquam Synonymum nominis Calvinianorum, liberè ab hoc abstineri queat, si Ecclesiæ nostræ inde quietes & tranquillitas, ac doctrinæ, in thesi & antithesi proponendæ, tolerantia obtineatur: non tamen obstringere atque obligare sese Minister Verbi ad omissionem nominis Zvinglianorum aut Calvinianorum *ὑποτάσσας* debet, Cum libertati Christianæ insidiæ struuntur ab hostibus veritatis (ne laqueum conscientiæ injici patiatur) neque Ecclesiæ nostræ aliqua tranquillitas eâ abstinentiâ conciliatur, sed Syncretismi causâ eadem injungitur, & auctoritati Symbolicorum Scriptorum, quibus fides data est, periculum creatur, aut scandalum tali obligatione ac cessione penes infirmiores, tripudium, & pernitiosiora tentandi audacia penes adversarios, & periculum, respectu purioris doctrinæ, metuendum est.

II. Cum Syncretismus describitur confusio religionum ac cultuum à ratione carnali, in tempestivo pacis studio enata, imprudens ac fœ-

da

EPISAGMA

da, imperitia est, si inferatur, Calixtinos, & inter hos Rintelenses reos Syncretismo argui non posse, quia religionem ac cultum Ecclesiarum Augustanæ Confessionis, & Reformatorum confundi nolunt, sed distinctis manentibus Confessionibus, & cætibus, tolerantiam solum svadent. Confusio enim alia *formalis* est, alia *virtualis*; neq; fit tantum, cum cætus inter se commiscentur, sed etiam cum dogmata heterodoxa *sine anathemate*, eorumq; assertores ceu fratres in Christo suscipiuntur, & admittuntur, quos S. Johannes suscipere in domum nostram vetat 2. Epist. V. 9. S. Paulus declinari & vitari vult Rom. XVI. 12. omnem excludens ἐτεροζυγίω, omnem μετοχήν, omnem κοινωσίω, omnem συμφώνησιν, omnem μερίδα, omnem συγκατάθεσιν cum falsis Doctoribus & doctrinis, hoc est, omnem, uti nunc loquimur, Syncretismum, & Syncretismi speciem 2. Cor. VI. 14. 15. 16. Monuit de eo Antapologia Collegii Nostri Theologici ad Epistol. Apologetic. Rintelens. cap. XXI. th. V. p. 618. Frigida est exceptio Rintelensium, quod non velificentur Syncretismo, quia non approbant commixtionem vel confusionem religionum. Quid enim aliud est talis conspiratio diversarum religionum, quam *vera confusio*, quæ cum religione unice salvificâ, alia verè exitiosa *ad fidem Catholicam* redigitur, & cum Confessoribus verè fidei illi, qui heterodoxiis variis addicti sunt, *ad veram Ecclesiam* referuntur: adeoq; hæretici juxta eum orthodoxis, velut unius Ecclesiæ Catholicæ membra habentur. Et quid aliud hoc quàm Syncretismus est? Quod illic primùm ab *ortu hujus appellationis* probatum. Nam vox illa à *consuetudine Cretensum* petita est, qui, Plutarcho teste, *crebris seditionibus bellisq; civilitatem* exagitati, extrinsecus adventantibus hostibus, in pacem & societatem coiverunt. Et is erat, qui ab illis vocabatur *Syncretismus*, ut habet Plutarchus. Tum etiam (2) ab *usu Theologorum communis*. Nec aliud voce illâ ad res Theologicas translata indigitatur, quàm *coalitio partium in concordiam, non composito, sed seposito dissidio, ut ea, quæ communia sunt, adversus hostem communem defendantur*, imprimis, quia uti Creteneses ad *unâ Politiam* spectabant, & pro eadem, et si animis

“ ac fortassis religione etiam alioquin disidentes, decertabant ad-  
 “ versus hostes externos; ita ad *unam Ecclesiam* pertinere credantur Lu-  
 “ therani, Reformati, Papistæ, non obstante religionis disidio, qui  
 “ adversus hostes Ecclesiæ sese conjungere, & in societatem eam spi-  
 “ ritualem coire debeant. Porrò (3) *ex ipsâ quoq; Calvinianorum con-*  
 “ *fessione: Hanc vocis magis propriam ad antiquum usum revocatam*  
 “ *esse significationem docet Joh. Duræus in Prodiorth. p. 8. quæ sc. notat*  
 “ *conspirationem prius disidentium contra hostem communem, quæ fieri*  
 “ *consuevit, non composito, sed SUSPENSO tantisper disidio, dum pe-*  
 “ *riculum COMMUNE imminet.* Nec alio sensu Hornbeckius Syncreti-  
 “ tismum definit summ. controvers. pag. 579. partium adversarum  
 “ & amicitie reconciliationem, ac reductionem in mutuam conjun-  
 “ ctionem, & communionem aliqualem, & confociationem distin-  
 “ ctarum Ecclesiarum, manente utrinque suæ doctrinæ & rituum quo-  
 “ rundam nonnullâ discrepantiâ. Quarto ostensum etiam illic, quo-  
 “ modo confusionem religionum invehant Rintelenses §. VI. Etsi ve-  
 “ rò sententiarum confusionem & indifferentiam non simpliciter  
 “ probent Rintelenses: indifferentiam tamen in ordine ad fidem  
 “ salvificam & salutem æternam adstruunt, quod nempe haud noxiæ  
 “ fidei & saluti sint Calvinianorum heterodoxiæ, & confusionem  
 “ hæcenus invehere moliuntur, quia utrasque sententias tolerandas  
 “ docent, ne heterodoxis anathema dicatur. Ad hæc in cathedrâ Ec-  
 “ clesiasticâ simplicem solum veritatis explicationem & defensionem  
 “ probant, imò controversias istas à pastoribus ne quidem tra-  
 “ ctari debere sanciunt, unde tandem oriri oportet religionum con-  
 “ fusionem. Nec improbant *confociationem Ecclesiarum*, quam Cal-  
 “ viniani, & inter hos imprimis *D. Hornbeckius* intendunt, aut uti  
 “ nostri ad Calvinianas *Synaxes* accedant, & Calviniani vicissim  
 “ ad nostram admittantur *Eucharistiam*, si ita usus & necessitas  
 “ postulet. Annon verò hæc est *confusio & commixtio Syncretistica?*  
 “ Hæc & alia ibi tradita expendant *nasutuli*, qui de Syncretismo  
 “ judicia ferre præsumunt, ac ne quidem *definitionem Syncretismi*  
 “ intelligunt.



E P I S A G M A

III. Calviniani non ea tantum *fundamenta* tollunt, quibus *securi*, & *hypocritæ*, vel *tentati* induci possunt, ut credant, *Deum sibi propitium esse velle*, *Christum pro se mortuum esse*, sed etiam ea è quibus fidem haurire oportet, & quæ salvâ fide & salute à nemine ignorari possunt, siquidem fides, quæ ex verbo Dei hauritur, non nisi ex *universalibus propositionibus*, quod *Deus omnium hominum misereri velit*, quod *Christus omnibus hominibus remissionem peccatorum & salutem acquisiverit*, oriatur: quas Calviniani *directè* negant; non verò concipi possit ex ejusmodi universalibus, quæ de *solis credentibus* sonant: *Deus vult omnium credentium misereri*, *Christus mortuus est pro omnibus credentibus*: neque juxta Calvinianas hypothesen sincerè credi possit *doctrina fundamentalis de Christo Ἰσαθρῶπρω*, vel quod *Filius Dei in mortem traditus*, quodquæ *Christus ut Deus & homo Dominus ac Redemptor noster sit*, in quem cordis fiducia collocari possit, ac debeat: quod à *B. D. Nicolao Hunnio* in *Dialcepsi de Fundamentali dissensu* à *B. D. Hülfemanno* in *Calvinism. irreconciliabili*, à *B. Meisnero* *Disp. de fundam. error. Calvin.* & à *Collegio Nostro Theologico* in *Apodixi fundamentalis de noxâ dogmat. Calvin. Epicristi* item, & *Antapologiâ*, nec non in *Deductiōne fundament. Darmstadinorum ac Præfatione Dresdensium, Lipsiensium, Witteberg. & Jenensium Theologorum* demonstratum, in quâ præfatione censoriâ & approbatoriâ *Diductiōnis Darmstadiensium* hæc inter alia leguntur: *Ja wenn auch das wahr wäre / daß Gott aus einem blossen Wohlgefallen nur einen einzigen Menschen/aus allen denen/die geböhren sind/oder noch sollen geböhren werden / hätte von der Seeligkeit verstofften / daß nur ein einziger Mensch wäre / dem das Verdienst Christi aus einem blossen Rathschluß Gottes nicht solte zu gute kommen / so müste ein ieglicher Zuhörer / ein ieder Mensch zweiffeln / ob er nicht derselbige verstofftene Mensch seyn? Denn gleich wie sich ein ieder unter den zwölf Jüngern Christi fürchtete / er möchte es seyn / der den HERRN verrathen würde / als Christus unter den Hauffen sagte / einer unter euch wird mich verrathen. Sie sahen sich unter einander an / ἀποβύβωι ἑκάστου ἑαυτοῦ, und wußten nicht/es war ihn bange/von welchem er redete/*  
Joh. 13.

Joh. 13. v. 22. Fragten unter einander selbst / welcher es doch wäre unter ihnen / der das thun würde / Luc. 22. v. 23. Es fragte den HERRN einer nach dem andern *εἰς καὶ εἰς* bin ichs / Marc. 14. v. 19. Matth. 26. v. 22. Da es doch den eilff Jüngern nimmer war in Sinn kommen / solche schändliche That fürzunehmen: Also kans nicht möglich seyn / es müste ein ieder zweiffeln / ob er nicht das einzige Kind des Verderbens sey / welches allein aus allen Menschen GOTT aus seinem blossen Wohlgefallen / zum Verdammuß verstoßen habe / wenn es wahr wäre / daß auch nur ein einziger Mensch solcher Gestalt verstoßen sey: vielweniger ist's möglich / daß ein einziger Zuhörer aus einer Calvinischen Predigt kan liebe der Zuversicht zu GOTT gewinnen / daß auch er solle selig werden / daß auch für ihn Christus gestorben sey / der da höret / daß aus blossem Göttlichen Wohlgefallen / dem meisten Theil die Gnade GOTTES versaget / und der wenigste mit dem Verdienst *ΕΥΧΕΣΤΙ* gemelnet sey. Weil aus allen Zuhörern des wahren Wortes GOTTES / kaum der vierdte Theil erwehlet ist / als aus der Parabel von viererley Acker / Matth. 13. Marc. 4. und Luc. 8. zu ersehen. So kan auch aus der Calvinischen Lehre kein Sünder kräftiglich getröstet werden / er sey bekehret gewesen / oder unbekehret. Et de articulo de Personâ Christi. Wider diesen unsern in beyden Naturen Persönlich und unzertrennlich vereinigten HERRN JESUM Christum seyn die Calvinisten mit aller Macht. Quod ibi plenius ostenditur, & laudatur B. Chemnitii nostri vaticinium de spiritu Calviniano in fundament. S. S. Coenæ pagin. 134. ἀπομνημονεύοντες, ut & B. Phil. Nicolai judicium de erroribus Calvinianorum magnam partem Turcicis in articulo de Personâ Christi. Additur denique sententia Calvinianorum de Lutheranis, quorum fraternitatem ipsi nunc affectant, ac judicium de reconciliatione, quod Syncretistarum & factorum pacis hodiernorum causâ adjicimus: Georg Hanfeld ein giftiger Calvinist hat vor diesem in seinem Wegweiser fol. 411. geschrieben. Die Ubiquitisten (so lästert er uns) werden ewig verlohren seyn / daß sie des wahren und ewigen GOTTES verfehlen / und ein  
nen

nen neuen GOTT in der Menschlichen Natur CHRISTI,  
 verehren. Psal / Psal / es ist gewiß eine Verleugnung der  
 wahren ewigen Allmacht und Gottheit / und eine frembde  
 und neu ertichtete Gottheit / die weder Trost noch Leben /  
 sondern den ewigen Tod und Finsternuß zeigt. Was dieser  
 fästerer Hanfeld uns zur höchsten Ungebühr beschwüret und be-  
 schuldiget / das stecket noch heute zu Tage denen Calvinisten im  
 Kopff. Und bezeugen sie mit ihren proceduren wider die  
 reine eiffrige Lutheraner / so wol mit ihren ungestümen reforma-  
 tionen oder deformationen öffentlich / was sie von unserer  
 Religion / und von unsern Kirchen halten. Und weil sie es  
 denn gar nicht darnach machen / daß man einige Hoffnung zu  
 ihrer Bekehrung / und also zur Vereinigung mit uns schöpfen  
 kan / so müssen wir es GOTT befehlen / und aus dem Buch  
 der Offenbarung Sanct Johannis sprechen : Qui sordescit,  
 sordescat adhuc. Wer böse ist / sey immer hin böse / und wer  
 unrein ist / der sey immer hin unrein / Apocal. 22. Wir sind  
 vor GOTT und aller Welt wohl entschuldiget : und wissen/  
 ob wol unser HERR / und GOTT uns vermahnet Friede  
 zu lieben / so setzet er doch die Wahrheit vorher / wenn er spricht:  
 Allein lieber Wahrheit und Friede / Zach. 8. v. 20. darüber müs-  
 sen / sollen / und wollen wir halten / mit Gottes Hülffe / biß in  
 den Tod.

IV.

*Inepta est Calvinianorum errorum excusatio, quod  
 fundamentum idem nobiscum ponant, licet non eodem modo id  
 exponant, atque ita non in fundamento errent, sed in iis, quae  
 eidem superstruuntur. Num idem fundamentum nobiscum  
 ponunt, qui absolutam gratiam & electionem salutis funda-  
 mentum constituunt? Et quomodo idem censeri potest fun-  
 damentum, si quae verborum solum sonum, non sensum Cal-  
 vin. consentiant, idem dicant nobiscum, idem verò minimè  
 credant. Nam confessio fidei eadem, aut diversa non è ver-  
 bis æstimanda, sed è mente. Si quis metallum vilius, quod  
 F auri*

auri speciem mentiatur, ac tincturâ quâdam ad similitudinem veri auri comparatum sit, at *donuacium* non sustineat, pro vero auro, aut ut *Irenæus* Præfat. l. i. adversus hæres. habet, *vitrum in modum lapidis pretiosi per artem asimulatum pro Smaragdo aut aliâ gemmâ magni pretii venditet*, nonne pro falsario habebitur? Si quis cum *Val. Smalcio*, Filium DEI verum & naturalem, & cum *Jobanne Crellio* satisfactionem CHRISTI se credere profiteatur, num fundamentalem de CHRISTI personâ, & satisfactione doctrinam nobiscum retinere, ac secus tantum eam exponere dices? Num eam non ponere aliud fundamentum, sed idem, quod Catholici ponunt, aliud solum superstruere eidem censebis! Sic omnes propemodum heretici ab errore fundamentali absolvendi erunt, quia idem volunt quod Scriptura, & nos è Scripturâ: non enim verba Scripturæ negant, sed scripturæ verbis aliam affingunt sententiam. Pulchrè *Irenæus* l. i. advers. hæres. cap. i. hereticos componit cum illis, qui regis imaginem è gemmis pretiosis fabricatam dissolvunt, gemmas illas transferunt & reformant in canis vel vulpecula formam, & hanc dicunt, & idiotis persuadent, esse Regis imaginem. Non prudentius sapiunt, qui idem fundamentum esse sibi persuadent, cum sensus non idem, sed planè contrarius est, utut verba eundem sonum reddant.

V.

In Provinciis Reformati Principis jurisdictioni subiectis, in quibus, vigore legis Imperii fundamentalis, publicum religionis Augustanae Confessionis exercitium, ita conservandum, ut etiam lege aut Constitutiones Ecclesiasticas ibi receptas immutare, vel juris territorialis, Episcopalis, Patronatus, aliove quocumque pretextu subditis Ministros alterius confessionis obtrudere, ULLUMVE aliud impedimentum, aut PRÆJUDICIUM, directè vel INDIRECTE ejusdem sacris afferre, fas non sit, utq; salva maneat cum subditis pacta conventa, privilegia, reversalia, & dis-

*Et dispositiones alia, quibus de religione ejusq; exercitio, & inde dependentibus cujusque loci statibus, & subditis provisum est, salva itidem sit cujusque conscientia libertas, uti expressè hæc omnia & totidem verbis in Instrumento Pacis Osnaburg. S. unanimi quoque continentur, Ministri Verbi August. Confessione invariatae addicti non possunt, salvâ conscientia, se obligare, quod ab Elencho, & condemnatione dogmatum Calvinianorum, quæ certi ipsi sunt in Confessionibus & scriptis publicis eorum haberi, & in Ecclesiis Reformatis, etiam in illis provinciis tradi, & propugnari, ac verè exitiosa esse, ac devoratoria salutis, ut Tertulianus loquitur, abstinere, nec consecraria, pronâ & invictâ consequentia ex iisdem redundantia, ut de noxâ, reatu, & exitio illorum dogmatum moneantur Ecclesiae, fidei suæ creditæ, urgere, aut iisdem sive ceu dogmata professa, sive ceu necessaria dogmatum consecraria imputare velint: Idq; eo solum nomine, ac prætextu, quod Reformatus Princeps publicè testetur, se illa dogmata non agnoscere pro suis, neq; velle, ut suis, h. e. Reformatæ religioni addictis consecraria talia ullo modo imputentur. Quia Elenchus errorum confessioni fidei repugnantium justus, & verbo DEI, & ad normam ejus institutus, ad liberum religionis Confessionis istius exercitium pertinet, & quum non minima pars sit officii Ecclesiastici, atq; in iis etiam locis omninò sit necessarius, in quibus periculum ab istis erroribus imminet, bonâ conscientia intermitteri non potest. Neque verò cum errores Reformatorum ostenduntur, arguuntur, condemnantur, de sententia Principis, qui ut externâ professione adhæreat Reformatæ Ecclesiae, in multis saniozem mentem fovere potest, & quandoque fovet, adeoque etiam aliam se fovere sententiam testari bonâ fide potest, sed de fide ac sententia Reformatæ Ecclesiae res est, quæ non ex unius aut alterius declaratione, sed è publicis confessionibus, publicâ doctrinâ, & συνηθείᾳ Systematis, ac corporis Theologiæ Reformatorum, & constante Doctorum sententia æstimanda & judicanda est. Neque sufficit nuda protestatio de dogmatibus istis, nisi lege Ecclesiasticâ viola-*

violabili iisdem interdicator, ut publica eorum doctrina cesset, utque ad ea non tradenda, non propugnanda Doctores jurato adstringantur: quemadmodum ad Elenchi eorum intermissionem jurato adstringuntur nostri. Et quum *hæresis* non in verbis, sed in sensu sit, apprimè videndum, ne verbis solum, ac modis quibusdam loquendi renunciatur, sensu hæretico retento, quod hæcenus Bergius, Crocius, eorumque geminis solemne fuit, qui sub lingua Lutherana mentem Calvinianam occultarunt: Item num declaratio ambiguitati involuta sit, ac coturno incedat, aut nimis generalis, inadæquata, & insufficientis sit, an verò luculentæ, ambiguitatis expertæ, undique, consona, plena, adæquata, & sufficientis? hujusmodi enim si fuerit, non elencho opus erit, sed gratulationem de controversionis gratiâ merebitur. Si autem ipsa Calviniani dogmatis substantia retineatur, ut ut verborum quodam temperamento, id paulò moderatiùs exhibeatur, & venenum adhuc, etsi occultius, & operimento quodam tectum propinetur, quomodo in conscientiâ excusari poterit Verbi Minister, qui sciens prudens taceat, & ad tacendum, nec demonstrandum exiti periculum se juratoriè obliget! Qui in gratiam Magistratus iniri posse talem obligationem judicant, à B. Gerhardi judicio de Minister. Ecclesiast. §. 434. multum deflectunt. Caveant Ecclesiarum Ministri, ne pro posterâ quadam die & quædam ex edictis illis Magistratum consentiant, secuti exemplum Basilii Camaleni, qui ut Patriarchatum Constantinopolitanum facilius consequeretur, turpi, & Episcopo indignâ Synographâ Imperatori Andronico se obstrinxit, omnia quæ Imperatori placerent, se executurum, & quæ displicerent, studiosè avversaturum. Camer. part. III. Oper. Succis. c. 6.

## VI.

Non leve peccatum est talis subscriptio, siue categorica, siue limitata, sed longè gravissimum, quia committitur adversus primam tabulam, imò cum totius legis prævaricatione conjun-

juncta est. Nam servitur ita *alieno Deo*, quum mandata divina  
 postponantur. Wo man nun wil fürwenden / man müsse auf  
 ehrliche Gründe sehen / die Calvinisch seyn / das dieselbe nicht of-  
 fendiret werden / so ist dasselbe fürgeben eine lautere Abgötterey /  
 da man den Menschen was zu gefallen thun wil / und dadurch  
 wider GOTT den HERRN sündigen / ait Theologus animosus  
*B. Nicol. Selneccerus*. Fides DEO data, in susceptione *Ministerii*  
*sacri*, imò *foederis Baptismatis*, in quo *Satana*, & *omnibus ejus*  
*operibus renunciavimus*, violatur, cum *dogmata fidei adversa*,  
 quæ à *Satana* profecta esse, conscientia subscribentis certa est,  
 se non damnare velle, recipit. Est hæc indubiè *species quædam*  
*abnegationis*: est *abnegatio fidei suscepta, jurata, non indirecta,*  
*aut interpretativa tantum, sed directa, & explicita, non simplex*  
*sed juratoria, & cum abusu nominis divini, teste jurantis con-*  
*scientiâ, conjuncta*. Abnegantur imò abjunguntur ita *libri*  
*Confessionum Symbolici*, de quorum veritate in conscientiâ con-  
 victus est, qui subscribit, se non amplius juxta eandem doc-  
 cere velle, aut damnare illos errores, quos illi è verbo Dei da-  
 nant: abjuratur *veritas divina*, quia damnatio eorum verbo  
 Dei consentanea agnoscitur. Qui subscribebant *Arminensibus*  
*decretis*, qui *Typo Constantis*, qui *Zenonis Henotico*, qui *Heraclii*  
*en. hæreses*, à *fide Nicenâ* deficere, eamque abnegare judicati sunt  
 in veteri Ecclesiâ, quod hæretica dogmata se condemnare nol-  
 le testarentur. Nec juvare illos poterat subscriptio *limitata,*  
*salvâ fide Nicenâ*. Illæ enim subscriptiones eò sunt deteriores,  
 quod Christum & Belial conjungant; adhæc *hypocritice, illusoria,*  
*ac deceptorie* sint, & de conscientiâ cauteriatâ testentur: qui-  
 bus *seipsos alios, etiam Magistratum, ac Deum sanctissimum* lu-  
 dificantur. Estq; hæc etiam *abnegatio officii Spiritus Sancti*, quia  
*Elenchus, convictio, & condemnatio errorum* munus est Sp. S. cui  
 renunciatur. Si pastor gregarius ovium se obstringat juramen-  
 to, quod nolit lupum debito modo inclamare, & arcere ab o-  
 vibus, quod nolit oves à pabulo venenato abstrahere, quo is  
 habendus loco? Quantò gravior culpa est pastoris animarum,

qui se obstringit, per totum vitæ, aut muneris sui curriculum  
 nolle se, ut par est, lupum Calvinianum arcere, nolle se, & præ-  
 monere gregem de pabulo venenato! Nonne ille interfector  
 animarum censendus! *Tu taces, non increpas, ne forte offendas;*  
*ô Mercenarie lupum vidisti, & fugisti. Respondes forte, ecce hic sum,*  
*non fugi, fugisti, quia tacuisti,* ait August. tr. XLVI. in Job. Annon  
 gravissimū peccatum foret, se obstringere de non monendis au-  
 ditoribus de fornicationibus, de rapinis & sacrilegiis; de menda-  
 ciis; at sine dubio gravior est fornicatio spiritualis cum sectâ  
 Zvinglianâ, gravior rapina, gravius sacrilegium, cum Deo honor  
 eripitur, graviora enim mendacia sunt hæreseos Calvinianæ,  
 quàm cum falsum testimonium de proximo dicitur, fatentibus  
 iis ipsis, qui subscribunt. Gravior adhæc culpa est, cum quis se  
 Sacramento obstringit ad id, quod pro peccato habet, per to-  
 tam vitam perpetuandum; quam cum actum aliquem peccati  
 committit. Et annon pro peccato habendum, dogmata fidei  
 adversa, salutis exitiosa non condemnare, deq; eorum exitio au-  
 ditores non monere! Si vel unica anima veneno Calvinianæ  
 doctrinæ inficiatur, quia de *vi veneni* monita non fuit, reddenda  
 tibi de eo ratio. Eadem, si scandalo afficiatur ob talem sub-  
 scriptionem (quasi adeo periculosa non sit Calviniana secta) ut  
 vel è nostris quisquam, ut deficiat ad eam, vel è Reformatis, ut  
 in eâ persistat, aut ut grandiora adversus Nostros tentet, væ tibi,  
 per quem illud scandalum venit! *Ote Calvinisten werden sehr  
 frech / kühn / und trozig / und singen darüber das Te Deum lau-  
 damus,* ait B. Nic. Selneccerus. *Si quis non anathematizat Arium,*  
*Eunomium, Macedoniam, Apollinarium, Nestorium, Eutychen,*  
*cum impiis eorum CONSCRIPTIS, & alios OMNES hereticos,*  
*qui condemnati sunt ab Ecclesia, & eos, qui SIMILIA predictis hæ-*  
*reticis sapiunt, & in sua impietate permanserint, talis ANATHE-*  
*MA sit,* habebat Concilium Constant. V. anath. II. Cum Job.  
*Antiochennus Nestorium,* quasi nondum sufficienter auditum,  
 damnare noller, à Cyrillo damnabatur, donec Nestorii hære-  
 sin palam reprobaret. Idem etiam contigit Paulo Emiseno. Cum  
 An-



EPISAGMA.

Anno 1574. *Caspar Huberinus* ab Affine suo *D. Seldio Cancellario* *Cæsaro* se induci passus esset, ut *Lutheranam* quidem thesin pro concione traderet, non autem *Pontificios* nominatim refelleret, solum per mensem, quo *Cæsar* præsto erat: in tentationes paulò post incidit gravissimas, & tristi casu expiravit. *Philippus Torgæ* in lectione publicâ A. 1552. ita docuit: *Contentio non necessaria non adificat Ecclesiam. Longè autem aliter se res habet, cum in casu confessionis tuenda est veritas; & cum in Ecclesiâ orient. peteretur, ut de Filii Dei divinitate orthodoxa doctrina proponeretur integrè & contraria doctrina refutaretur, suppresso nomine Arrii, aut Arianorum: Huic petitioni, multi obtemperaverunt, orthodoxi autem animadversa fraude dixerunt, partem confessionis esse, & non esse rem adiaphoram, se in refutatione falsæ doctrinæ nominatim ab Arianismo separare. Hinc multi expulsi fuerunt, & orta est persecutio horrenda. Et cum Imperatores & Principes ad sparsas in Asiâ & alibi hæreses Arii & aliorum fanaticorum conniverent, & tacerent. pœna secuta est, ut omnes illæ regiones blasphemius Turcicis sint pollutæ, fracto robore Regum & Principum &c. Conf. B. Selneckeri iudicium in Appendice Aulico-Politici l. B. Hutteri p. 294. Wer dieses bewilliget / inqvint cum B. Chytrao, Ministri Megapolit. in Iudicio de Lünæburg. Mandat. A. 1562. Daß man die deutliche und nachhaffte Condemnation der Secten nicht öffentlich treibe/der verdamt hiermit aller dieser Sächsischen Kirchen gemeine nützliche Bekântnuß und Schrifften/ darinnen sie eben diese Secten widerleget / und condemniret haben: Welche gottlose Leichtfertigkeit keinem frommen Mann/wil schweigen/ einem treuen Prediger anzunehmen. Vid. etiam hæc Iudicium Collegii Nostri, cum responso nostro dilucidatorio, de hæcqvæstione, Latino ut & Germanico idiomate, nuper editum. Læta vox est, DIXI, ET LIBERAVI ANIMAM: Et Spiritus fidei Davidici: CREDIDI, PROPTER QVOD LOQVUTUS SUM.*

*NON NOBIS DOMINE, SED NOMINI TVO  
GLORIA!*

CLA-

*CLARISSIMO*  
DN. M. ROHRIO

adversus D. MARESIUM disputaturo.

**Q**uem non salvifica fidei Concordia jungit,  
Sic fratrem in Christo dicere religio.  
Sarturam pacis verâ sed pace carentis  
Cepram Maresius pollice utroq; probat.  
Si non suspicias fucos, en crena furoris  
Te Batavi damnat, sed furibunda, statim.  
Detegis ut pacem fucatam Clare Magister,  
Annon sic solida pacis amore cales?  
*Gratulabatur*

ABRAHAM CALOVIUS, D.



*Clarissimo*

DN. M. RESPONENTI,

Convictori ac Domestico suo

Svavissimo:

**Q**uamvis Te decoret pietas, & candida Virtus,  
ROHRI præcellens, optima spes Patriæ.  
Non tamen hæ solæ, quamquam sint maxima dona,  
Materies laudis sunt generosa Tuæ.  
Nam quoque doctrinæ splendor comitatur easdem,  
Quod modò testari Leucoris alma potest.  
Quocirca faxit summus moderator Olympi,  
Hæc in TE ut crescant singula dona DEI!

JOHANNES ANDR. QVEN-  
STEDT, D. P. P.

05 A 1151


ULB Halle 3  
003 766 373



Wong








B.I.G.

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

Farbkarte #13



53

IN NOMINE JESU!  
*Ad*  
 TIONUM IRENICARUM  
 SAMUELIS MARESII,  
*De*  
 QVIO CASSELLANO,  
 QVIUM, & CONCLUSIONEM  
 MNEMATA

*QVAE*  
 PUTATIONE PUBLICA  
 IA ELECTORALI SAXONICA,  
 PRÆSIDE,  
 SUMME REVERENDO AC  
 MAGNIFICO,  
 AHAMO CALOVIO  
 OFESSORE THEOLOGO PRIMARIO  
 ECCLESIAE WITEBERGENSIS PASTORI  
 HISTORII ECCLESIASTICI ASSESSORE,  
 LECTORALIS SUPERINTENDENTE  
 ALI UNDIQVE MERI-  
 TISSIMO,  
 TO AC PRÆCEPTORE ÆTER-  
 NUM VENERANDO.  
 o modulo virium defensurus est  
 RESPONDENS  
 NIEL ROHR,  
 ARGENTINENSIS.  
 Martii, horis locog, consuetis.  
 WITTENBERGÆ,  
 THÆI HENCKELII, Acad. Typogr.  
 ANNO M. DC. LXXIII